

DE

USU PROVERBIORUM

APUD

ARISTOPHANEM.

DES PROLÉTARIAT

ALFRED

ARISTOPHANE



DE

USU PROVERBIORUM APUD ARISTOPHANEM.

Quam saepe Aristophanes in comoediis proverbia versibus interposuerit, ne illi quidem possunt ignorare, qui lepidissimi poetae scripta vel in transitu tracteraverint. Omnino autem Graeci frequentissimi sunt in proverbiorum usu nec ullum genus litterarum respuit illa vel ad ornatam atque eruditam orationem humiliora judicavit. Nam quum e Graecis plerique ingenuis artibus perpoliti sensu recti pulchrique vigerent nec tale inter eruditos et vulgus inops illud humanitatis esset disserimen quale apud nos reperitur: quid mirum quod poetae proverbia velut lumina ingenii popularis non modo non repudiaverunt vulgarique illa quotidiani sermonis consuetudini relinquenda putaverunt, sed potius lubentissime tanquam scitamentis illis et floribus ipsorum ornaverunt orationem atque illustrarunt? Etiamsi vero haud exigui inde fructus unicuique litterarum generi accesserunt, tamen Comicis uberrimos inde redundasse manifestum est. Nam quum Plutarchus, Lucianus, Aristoteles quique saepius proverbiis usi sunt, id potissimum sint assecuti, ut magna sententiae auctoritate niterentur aut facetiis et salibus, quibus illa mirum quantum praestant, orationem condirent, Plato autem proculdubio id quoque studeret, ut familiaris sermonis speciem et formam in dialogis adumbraret, Aristophani quique sunt veteris quam dicunt comoediae poetae id insuper emolumenti suppetivit, ut colloquentium in fabulis sermones et mores ad vivum exprimerentur rebusque major quaedam veri species tribueretur. Quare quoniam de usu proverbiorum apud Aristophanem scribere aliquid animum induxi, haud inutile nec post hominum doctorum diligentiam opus prorsus supervacaneum suscepisse me confido: sed ne temere ad hanc dispu-

tatione in aggressus esse videar, nonnulla praemittenda putavi, quibus quid veteres de proverbiis statuerint, breviter percenseatur.

Ac primum quidem, quum quaerendum sit, quid sit *παροιμία*, veteres grammatici et paroemiographi vocem ductam esse existimaverunt a *πάροιμος*, quod vocabulum quum e praeposito *παρά* et v. *οἶμος* = *όδός* compositum sit¹⁾, duae inde paroemiae definitiones profectae sunt: quarum altera *παροιμίαν* vocat dictum ad vulgarem popularemque sensum accommodatum, obiter a colloquentibus sermoni interpositum, quemadmodum homines in via ingredientes res seorsum positas surripiunt et in suum usum convertunt: Apostolius 1. l. p. 234. ἔστι διήγημα παροδικὸν ἡ ἄγημα τετριμμένον ἀπό τε μιχῶν τινῶν καὶ ὀλίγων ἐφ' ὅμοια καὶ μεῖζω μεταληφθῆναι δυνάμενον.²⁾ altera vero in forma omnem vocabuli vim ponit, quasi *παροιμία* sit dictum ab aperta loquendi via deflexum et imagine quadam obtectum. Apostol. 1. l. ἡ λόγος ἐπιταλύτων τὸ σαρὲς ἀσαρείᾳ ἡ ἐπιτενὸνυμένως τὴν ἀλήθειαν ἐπεμφαίνειν.³⁾ At hanc definitionem universum genus nullo modo amplecti nemo non videt, quippe quae id demum aut potius id solum animadvertat, quod imagine quadam sententia significetur, tametsi permulta proverbia in ore populi feruntur simpliciter enuntiata: prior autem ab Apostolio prolata certo universum genus manifeste distinque designat.

Age vero ad formam quae pertineant consideremus. Sunt igitur proverbia permulta, nata in communis vitae commercio, quae sententiam simpliciter indicant. Accedunt sententiae quaedam acutae ἀποφθέγματα et γνώμαι⁴⁾ vocatae, a poetis

¹⁾ Apostol. praefat. §. 7. Corp. Paroem. Graec. II, p. 237. Η δὲ παροιμία ἐκ τῆς παρὰ προθέσεως καὶ τοῦ οἴμος = ὁδός παροιμία καὶ παροιμία. ήτοι τὸ παρόδικον τρίμη καὶ διήγημα.

²⁾ Cf. Tryphon. Rhet. Gr. ed. Walz. VIII, 760. Παροιμία ἔστι λόγος εἰρημένος ἐν ἀρχῇ πρὸς ἔτερον, λεγόμενος δὲ ὑφ' ἡμῶν κατὰ ἀνακίλησιν πρὸς τινα τῶν ὅμοιθῶν. Suid. s. v. καταγρατικῶς δὲ πᾶν παροδικὸν διήγημα. οἴμος γάρ ἡ ὁδός. eadem fere reperiuntur apud Photium et Hesychium.

³⁾ cf. Etym. M. λόγος ὡφέλιμος μετ' ἐπικρύψεως μετρίας αὐθέντεν ἔχων τὸ χρήσιμον καὶ πολλὴν ἐν τῷ βάθει διάνοιαν. addit. Suid. s. v.

⁴⁾ Aristot. Rhet. II, 21, 12. ἔτι ἔναι τῶν παροιμῶν καὶ γνώμαι εἰσιν. οἷον παροιμία Ἀττικὸς πάροικος.

⁵⁾ cf. Rhet. II, 21, 11. Χρῆσθαι δὲ δεῖ καὶ ταῖς τεθρυλημέναις καὶ κοιναῖς γνώμαις, ἀν ὡσι χρήσιμοι διὰ γάρ τὸ εἶναι κοιναῖ, ὡς ὁμολογούντων ἀπάντων, ὁρθῶς ἔχειν δοκοῦσιν. Quinet. Inst. Orat. V, 11, 41. Ea quoque, quae vulgo recepta sunt, hoc ipso, quod incertum auctorem habent, yelut omnium fiunt. quale est: „Ubi amici ibi opes.“ et „Conscientia mille

aliisque viris illustribus prolatae omniumque consensu comprobatae et receptae. Atque illa ut sunt plerumque luculenta priscae sapientiae testimonia in rerum vicis studinibus per multa saecula conservata propter insitum veritatis acumen argumentaque brevitatem grata opinor et opportuna erant scriptoribus, unde rebus quas maxime tractarent fides et auctoritas adjungerentur: quare etiam ab Aristotele inter rationes fidei facienda enumerantur Rhet. I, 15. *Ἐτι καὶ αἱ παροιμίαι, ὥσπερ εἴρηται, μαρτυρία εἰσίν. οἶος εἰ τις συμβουλεύει, μὴ ποιεῖσθαι φίλον γέροντα, τούτῳ μαρτυρεῖ η̄ παροιμία, „Μή ποτ’ εὐ ἔρδειν γέροντα“ καὶ τοὺς νίοὺς ἀναιρεῖν, ὅν καὶ τοὺς πατέρας „Νήπιος, ὃς πατέρα κτενας παῖδας καταλείποι.“*¹⁾ Alterum vero proverbiorum genus est eorum, quae sententiam figurate per imaginem quandam exprimunt. Recte igitur ab Aristotele metaphorae a specie ad speciem ductae appellantur.⁶⁾ originem autem duxerunt alia a certis quibusdam factis dictisve memoratu dignis, alia ab insignibus et singulorum hominum et populorum ingeniis et moribus, sunt quae ad vitae quotidianaे usum et consuetudinem spectent, aliis denique infinita rerum animaliumque natura copiam suppeditavit. Quorum quae ex animalium natura desumpta sunt et velut fabellae breviores, utilissimas eas esse ad persuadendum dicit Quintilianus. (V, 11.) quare exemplis, similitudinibus ceterisque rebus, quae ab oratore extrinsecus adducuntur in causam, adjunxit. Sed etiam in ceteris magna inest vis et auctoritas: quaeque vulgo de omnis orationis figuratae indole et natura disputantur, totam contineri hac re, ut quae sit uniuscujusque rei, quae sit hominum conditio propria atque habitus, translati per similitudinem verbis magis significantur et ad sensus ipsos admoveantur, haec quoque ad proverbia ista bene accommodata sunt. Quoniam vero nonnulla proverbia quasi ex fontibus quibusdam reconditis profluxerunt nec facile semper nodus expeditur, illud quoque nonnunquam potest pro vero obtineri, proverbium esse orationem obscuram, quae per aliam notiorem declaretur. — Hinc perspicuum fit, Aristophanem quoque, quum proverbia in comoediis adhiberet, bene intellexisse, quanta inesset vis in isto genere dicendi

testes": et apud Ciceronem: „Pares autem (ut est in vetere proverbio) cum paribus maxime (facillime legitur de Sen. 3.) congregantur:“ neque enim durassent haec in aeternum, nisi vera omnibus viderentur.

¹⁾ Ar. Rhet. III, 10. καὶ αἱ παροιμίαι μεταφοραι ἀπ' εἰδους ἐπ' εἰδός εἰσιν. οἷον ἂν τις ὡς ἀγαθὸν πεισόμενος αὐτὸς ἐπαγάγγηται, είτα βλαβῆ, ως ὁ Καρπάθιος φησι τὸν λαγώ. ἀμφω γὰρ τὸ εἰρημένον πεπόνθασιν.

ad sententiam apertius declarandam atque etiam spectantibus probandam. Sed cavendum est, ne aliud quid hac in re omittatur. Namque proverbia Graeca magnam facete et concinne dictorum copiam exhibent, eximia sunt imaginum et comparationum ubertate et varietate, quae vel ipsae orationem ornant, animos delectant atque permulcent risusque movent. Neque vero credas, permultum delectationis ademtum fuisse, propterea quod omnia audientibus notissima erant et pervulgata: gaudere enim solent homines, si quae ipsi bene norunt et probant, ea apte a poetis afferuntur et comprobantur. Quodsi autem appareat, in usu proverbiorum Aristophanem non minus sententiam quam formam, in qua velut in nuce nucleus sententia latet, respexisse: jam apertum fit, quo consilio poeta persaepe proverbia leviter attigerit, quod dicendi genus vulgo *allusiones* vocant: qua in re eximum poetae ingenium et acumen praecipue elucere jam videbimus. Sed ut tandem in genüs quodque quid cuique conveniat, ex copia hac digeramus, primum utriusque generis proverbia quae retenta et forma et sententia poeta adhibuit, percurram et breviter explicabo, illud potissimum respiciens, quid in usu maxime videatur quaevisse: altera disputationis pars in illis, quae in transitu leviter tetigit aut in alios usus convertit, et conferendis et dijudicandis versabitur.

Initium fiat a sententiis quibusdam, quae proverbiorum locum obtinuerunt. Quarum usus quod haud ita frequens fuit apud Aristophanem, mirum hoc nullo modo potest videri. Etenim major est plerumque earum gravitas quam quae comoediam facetiarum et jocularium dictorum studiosissimam deceat. Verum quae ab Aristophane in fabulis adhibitae sunt, nimirum earum sensum atque argumentum bene a poeta aptatum ad unumquemque locum videbimus. Atque proverbium illud et Graecis et Romanis scriptoribus saepissime usurpatum: *πᾶσα γῆ περοὶς* quod veteris oraculi particula fuit, apte usurpatum reperimus Plut. 1151. (ed. Bergk.) Nam postquam Plutus visu oculorum recepto opes hominibus et copiam bonarum rerum unicuique pro meritis largiri incepit, Dii celeriter in contemptum venerunt nec hominum fuit quisquam, qui precario vel sacrificiis illorum sibi favorem conciliare studeret: quare quum jam gravi fame premerentur Jupiter ceterique Superi, Mercurius scilicet ad sua commoda perquam conversus coelestes sedes clam deseruit, domicilium sibi apud homines expetitus. Cui quum Carion servus maligne objiceret tale facinus

parum honestum (*τί δὲ; τ' αὐτομολεῖν ἀστεῖον εἶναι σοι δοξεῖ;*¹⁾) Mercurius, quo istius crimen dilueret, respondit:

πατρὶς γάρ εστι πᾶσ' ἦν ἀν πρόστη τις εῦ.

Quodsi vero quis hinc colligit, sententiam istam Mercurio propterea tributam esse ab Aristophane, quod ipsi vehementer probata fuisset, haud recte is opinor rationcinabitur. Nam Aristophanes civis patriae amantissimus proculdubio haud aliter sentiebat atque Lysias contra Philon. (II, p. 240.) ita disserens: *καὶ γὰρ φύσει μὲν πολὺτελεῖ εἰσι, γνώμῃ δὲ χρῶνται, ὡς πᾶσα γῆ πατρὶς αὐτοῖς ἐστιν, ἐν ᾧ ἂν τὰ ἐπιτήδεια ἔχωσιν οὗτοι δῆκοι εἰσιν, ὅτι ἀν παρέντες τὸ τῆς πόλεως κοιτὸν ἀγαθόν, ἐπὶ τὸ ἑαυτῶν ὕδιον ζέρδος ἐλθοτεν.* Magis quidem placuit sententia Euripidi, cujus verba haec sunt in Phaeton. fr. 9 Df. *ὡς πανταχοῦ γε πατρὶς ἡ βόσκουσα γῆ quibuscum confer ea, quae apud eundem poetam reperiuntur in fr. 29 Df. ἄπασσα δὲ χθὼν ἀνδρὶ γενναίῳ πατρὶς.* Neque tamen mihi probata est Hemsterhusii sententia, qui Aristophanis versum tragicum quid spirare et Euripideum esse affirmat (Plut. p. 442.) nam quae vox trita est in omnium sermone atque celebrata, ea unus aliquis, cuius in scriptis legitur, nullo modo potest notari vel perstringi. Nec melius poetae consilium perspexit Thierschius, qui judicavit, poetam hoc proverbium induxisse utpote a moribus et ingeniiis Graecorum propriè alienum, ut exteris faventes castigaret. Nil aliud poetam voluisse arbitror, nisi Mercurium notare suae nimis utilitati consulentem idque verbis ipsius v. 1118 *καὶ τοῦ μὲν ἄλλων μοι θεῶν ἥντον μέλει satis indicatur.*

Aliud ejusdem generis proverbium: *Δειλὸν ὁ πλοῦτος* ductum ex Euripidis Phoenissis 597 *Δειλὸν ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν* cui simillimum est Archel. fr. 33. *Πλούτεις;* *ὁ πλοῦτος δὲ ἀμαθέα δειλὸν θέμα*²⁾ usurpatum est in Plut. v. 293. Nam quum Plutus a Chremylo edoctus ipsius potentiam Jovis majorem futuram, modo aciem oculorum recuperaret, vereri se fateretur, ut tantae potentiae compos fieret: Chremylus exclamavit:

Νὴ τὸν Άτ. ἀλλὰ καὶ λέγονοι πάντες ὡς δειλότατόν ἐσθ' ὁ πλοῦτος.

¹⁾ Recte igitur Scholiasta explicat: *παρὰ τὴν παροιμίαν ὅπου γάρ ἀγαθόν ἐστιν, ἐκεῖ μοι πατρίς.* Prov. refertur a Suida s. v. a Paroem. I, p. 149. II, 197 ubi v. Lentschitum.

²⁾ Per multae in divites vel Plutum dictae sententiae reperiuntur apud Euripidem Aeol. fr. 5. Alex. fr. 19. Alcm. fr. 9. Dindf. Proverbium refert Zenobius Paroem. I, 66. Suidas s. v.

Jam supra v. 122. Chremylus Plutum omnium deorum exprobraverat ignavissimum ($\omega\delta\delta\epsilon\lambda\delta\sigma\tau\alpha\pi\acute{\alpha}\tau\omega\delta\delta\mu\acute{\alpha}\gamma\omega\omega$); nec difficile est intelligere, cur eodem iterum concilio Plutus exagitetur. Etenim Chremylus qui sibi persuaserit, illud negotium facillime effici posse, primum vociferatur: $\nu\eta\tau\omega\delta\mu\acute{\alpha}$ i. e. quum particula $\nu\eta$ semper habeat vim affirmandi: „Immo hercle“ compos fies, at tu modo promto fortique sis animo ad agendum (v. 209, $\varepsilon\acute{\alpha}\nu\eta\eta\delta\alpha\eta\mu\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\theta\mu\omega\delta\mu\acute{\alpha}\varepsilon\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega$ εις τα πράγματα.) sed ipse timens de eventu propter ignaviam Pluti satis notam, iis quae jam additurus erat omissis proverbium interponit pervulgatum eoque innititur, quo vehementius Plutum increpet increpandoque reddit promtiorem ad instans periculum fortiter subeundum. Studet quidem Plutus in versibus subsequentibus¹⁾ Chremylo probare, injuste sese tam male audire allatoque exemplo ostendere, permultum interesse inter providentiam et timiditatem: sed operam perdit et festive sententiae vim et auctoritatem auget potius et confirmat quam diluit.

Huc pertinet aliud proverbium: $\Delta\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega\pi\acute{\alpha}\delta\mu\acute{\alpha}\varepsilon\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega$ — Senes bis pueri — in senes decrepitos dictum ingenioque obtusos et repuerascentes.²⁾ quam sententiam a multis poetis usurpatam esse docet Schol. ad Nub. 1417. a Sophocle in Peleo fr. 434. Df. $\pi\acute{\alpha}\lambda\mu\acute{\alpha}\nu\gamma\acute{\alpha}\delta\mu\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\delta\mu\acute{\alpha}\varepsilon\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega$ ανήρ παῖς ὁ γηράσκων ανήρ. a Theopompo: $\delta\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega\pi\acute{\alpha}\delta\mu\acute{\alpha}\varepsilon\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega$ οἱ γέροντες ὁρθῷ τῷ λόγῳ (Meinek. Com. Graec. II, p. 818.) a Platone comico (Meinek. I. l. p. 686) aliisque neque discrepat Plautus Merc. II, 2, 24. Senex quom extemplo jam nec sentit nec sapit, ajunt solere eum rusum repuera-scere. Patet autem ex hac sicut e permultis sententii similiter dictis, aetatem senilem Graecis pro gravissimo malo, tristiore vel quam egestatem exsilium mortem habitam esse. cf. Eurip. Phoen. fr. 3. $\omega\delta\gamma\eta\mu\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\varepsilon\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega$, οἶον τοῖς ἔχουσιν εἰς κακόν! Soph. fr. 500 Df. $\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\tau\acute{\alpha}\varepsilon\acute{\iota}\delta\mu\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\delta\mu\acute{\alpha}\varepsilon\acute{\iota}\delta\pi\acute{\alpha}\pi\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\omega\omega$ ἐμπέφυκε τῷ μακρῷ γῆρᾳ κακά, τοῦς φροῦδας, ἔογύ αὐγεῖα, φροτίδες κακά quod malum omnes quidem studiose sectantur, idem assecuti aegerrime ferunt Eurip. fr. 48. Nec melior sors senectuti evenit apud Aristophanem, qui data opera in fabulis induxit senes gravissimis extremae aetatis vitiis affectos, oblivious et credulos, ut Strepsiadē, iracundos, admodum morosos et asperos, ut Philonidem ejusque sodales, quid? quod etiam hominem qui populi

¹⁾ Plut. 203 sq. $\hat{\mu}\mu\sigma\tau$, ἀλλά με ταχύρυχός τις διέβαλ. εἰςδύς γάρ ποτε οὐκ εἶχεν εἰς τὴν σικίαν οὐδὲν λαβεῖν, εὑρὼν ἀπαξάπαντα κατακελευμένα εἰς ὄνόμασέν μου τὴν πρόνοιαν δειλίαν.

²⁾ Diogen. IV, 18 (Paroem. I, 235.) ἐπὶ τῶν πρὸς τὸ γῆρας εὐηθεστέρων. Suid. s. δίς. s. καταγηράσαις.

partes agit, ita depingit (Eq. 40 sq.) ἀγροίκος ὁργὴν, κναμοτρώξ, ἀνράχολος Αῆμος πυκνίτης, δύσολον γεόντιον, ὑπόκωφον. Sed ut eo redeat unde deflexit oratio, in Nub. v. 1417. Phidippides proverbio utitur, justis et debitis a se patrem verberibus affectum esse demonstrans. Tum vero aliorum sententiam flectens senes peccantes contendit eo graviore afficiendos esse poena, quo facilius longa vitae experientia a quoque aberrandi a recta via periculo retineantur. Sunt versus hi:

φύσεις τομίζεσθαι σὺ παιδὸς τοῦτο τούργον εἶναι.
ἔγὼ δέ γ' ἀντείποιμ ἀν ως δις παῖδες οἱ γέροντες·
εἴκοσ δὲ μᾶλλον τοὺς γέροντας τοῦ νέουσσι κλάειν,
ὅσῳ περ ἔξαμαρτάνειν ἥπτον δίκαιον αὐτούς.

Egregium autem exemplar senis delirantis et quasi repuerascentis fixit Aristophanes in Vespis Philocleonem: qui postquam ab insano judicandi furore filii precibus et cohortationibus aegre repulsus ad festam coenam abductus est, in convivio elegantiorum hominum immoderate sese jactat et exsultat, convivas summa procacitate lacescit, denique tibicina inde callide subducta, senex ac si denuo ad puerilem aetatem redisset et tanquam Aeson recocitus, juveniles prae se fert sermones atque mores, se esse adolescentem ait magna cura custodiri, velle se autem meretriculam, ubi filius mortuus fuerit redemptam ex lupanari habere pro pellice, sed nondum dominum se esse ipsius bonorum, quaeque hujusmodi leves et lascivi adolescentuli solent fabulari inter se et conqueri: quare haud equidem dubium esse arbitror, quin Aristophani, quum funderet has facetias, proverbium illud: δις παῖδες οἱ γέροντες animo sit obversatum.¹⁾ Huc quoque spectat locutio proverbialis τοφογέρων, Paroem. I, p. 458. ἐπὶ τῷτε τυφομαῶν γεόντων, ab Aristophane usurpata Nub. 908. Lys. 335. Duplicem hujus vocis explicationem proposuit Eustathius ad Hom. Od. B, 1431, 39. unam, quod senes ex longa experientia et usu instructi multarum rerum scientia (*μνήμη εἰδέναι διὰ γήρως πολυπειρίαν*) vanos assumerent fastus (*τύρως*) et ridicula quadam sui existimatione essent cum contemtu aliorum, alteram quod morti jam vicini et mox efferendi essent (I. l. διὰ τὸ δεῖν εἶναι ἥδη τύφεσθαι τοὺς τοιούτους, ἥγουν κατεσθαι τερπικῶς.) Et haec quidem explicatio aliud vocabulum τυμβογέρων, quod cum similibus afferit ibidem Eustathius,

¹⁾ Consentit Schol. ad Vesp. v. 1355. ταὶ φυλάττομαι σφέδρα· καθὰ δις παῖδες οἱ γέροντες.

bene illustrat, convicium illud frequenter in senes dictum, ut apud Latinos capularis (Plaut. Mil. Glor. III, 1, 33. Itane tibi ego uideor oppido Acherúnticus? Tam capularis? tamne tibi diu uideor uitam uiuere? similiaque habet Aristoph. Lys. 372. *τί δὲ σὺ πῦρ, ὡς τύμπ, ἔχων; ὡς σαυτὸν ἐμπυρεύσων;* ibid. 600 sq. Vesp. 1365.) sed ad eum locum, de quo nunc agimus, nil facit. Prior autem Eustathii explicatio, quacum consentit Schol. ad Nub. l. c. *μάταιος, κενόδοξος γέρων,* bene aptata est illa ad Nub. 908 (*τυφογέρων εἰ κανάριος στον* vanus es senex et inconcinnus) ad alterum vero locum rectius intelligendum propria vis v. *τύφειν* adhibenda est, quam Aristophanes significavit. Respicit enim ad etymologiam verbi, quod fumum emittere vel suffire significat idque maxime de apibus quae fumigantur usurpatum: cf. Vesp. 457. 1079 hoc loco autem sensu activo de senibus, qui magnam stipitum molem tanquam balneum calefacturi ad arcem advehunt. Lys. 335.

γῆκονσα γὰρ τυφογέροντας ἄνδρας ἔργειν, στελέχη φέροντας, ὥσπερ βαλανεύσοντας, ἐς πόλιν, ὡς τριστάλαντος βάρος κ. τ. λ. Aliis alia placuerunt: v. Bergler. ad Nub. 908.

Ex eodem hoc genere est etiam proverbium illud, quod in Lys. v. 1038. 1039. legitur:

*κάστ’ ἐκεῖνο τούπος ὁδῶς κὸν κακῶς εἰργμένον,
οὐτε σύν πανωλέθροισιν, οὐτ’ ἀνεν πανωλέθρων.*

Ubi senes ex acerrimis rixis et altercationibus mulierum blanditiis paullo deliniti mitioresque facti quum in gratiam rursus cum illis reddituri sunt, etsi paullo antea vehementissimis maledictis in mulieres invecti (1014. *οὐδέν ἐστι θηρίον γυναικὸς ἀμαχώτερον, οὐδὲ πῦρ, οὐδὲ ὕδωρ ἀναιδῆς οὐδεμία πόρθαλις*) nec ullo unquam modo destituros se ab odio illarum affirmarunt (1018. *ὡς ἐγὼ μισῶ γυναικας οὐδέποτε παύσομαι*), peropportune proverbium illud assumunt, unde ipsis excusatio aliqua eveniat mutati citius quam debebat animi cum gravissima mulierum cavillatione. Docent enim submorose, nequaquam se desiderio quodam duci ad reconciliandum, sed quoniam a natura ita institutum sit, ut vel invitis sibi cum illis pessimis una sit vivendum. Scholiasta affert tertium et quartum quinque veterum versuum, qui vulgo Susarioni tribuuntur¹⁾), quos quum nostrum locum bene explicent huc appono:

¹⁾ a Küstero ad Suid. v. *οὐτε σύν.* v. *τούπος.* a Berglero ad Lys. 1038. quibus repugnat Meinek. Com. Gr. II, p. 3 sq.

*καζὸν γυρεῖνες, ἀλλ᾽ ὄμως, ὃ δημόται,
οὐδὲ ἔστιν οἰκεῖν οἰκιαν ἄνεν καζοῦ.*

Similiter dicta collegit Enger. Lys. l. l.

Sed haec quidem hactenus. Exemplorum autem quae attuli rationem si quis contenderit, apparebit, hoc genus proverbiorum ab Aristophane usurpatum esse propterea quod haud exigua inde copia suppetit loquentibus ad sententiae vim augendam et acute declarandam.

Iam vero si placet transeamus ad proverbia, quae a diversissimis fontibus petita recte opinor metaphoras a specie ad speciem ductas vocavimus. Et quoniam haec vel summa est laus cuiusque metaphorae totiusque orationis, quae vel uno translato verbo vel pluribus continuatis profluit, ut sensum feriat et res paene in conspectu animi ponat, id quidem apertum minimeque dubium est, etiam ex his proverbiosis permultum luminis orationi et perspicuitatis accessisse. Quod si ad similia transferebantur manifestissimum est. Nam qualis sit hominum sive omnium sive uniuscujusque singularis agendi sentiendique ratio, proverbia aut e communi multorum hominum consuetudine desumpta aut ex proprio singulorum ingenio luculenter designant: etiam bestiarum proprietates manifestis lineis circumscriptae, tum maxime, si quis cum contemtu significandus est. Et quum in tota re similitudo versetur, hujusmodi metaphorae proverbiales, etsi aliud dicitur aliud intelligendum est, facilime ab omnibus percipiuntur. Quemadmodum igitur etiam in sermone familiari frequenter homines usurpant, ut quae ipsorum sit sententia, manifesto ostendant: ita etiam Aristophanes persaepe proverbia suis verbis interseruit, quibus tota res sive facti sive consilii illustraretur et hominum rerumque natura magis significaretur. Difficilior est ratio proverbiorum, quae a singulari quodam loco originem duxerunt. Quae si ad alias res, quibuscum unam aliquam rationem continent ceteroquin dissimillimas transferuntur aut potius ut est in hoc genere ita permuntantur, ut re comparata prorsus sublata comparatio ipsa in ejus locum succedat; subobscura fit necessario oratio et audientibus aliqua nascitur difficultas conjectura explananda minus illa quidem in proverbiosis posita suapte natura difficilioribus, sed in rebus diversissimis de improviso collatis vel permutatis. In quo genere eximius quidem lepor inest dicendi quique magnam audientium hilaritatem solet excitare, siquidem proverbium acute et concinne injectum perspexerint. Cui cognatum est illud faciarum genus, quum proverbia cum quadam dissimulatione per allegoriam inter-

ponuntur, quae quum alium quam prae se ferunt sensum indicent, aptissimam poetae irridendi cavillandique materiem praebuerunt.¹⁾ Duplex igitur est ratio, qua poeta in usu ductus est: aut enim rebus pervulgatis et consuetis interpositis suis quoque verbis majorem claritatem et perspicuitatem tribuere studuit: aut insolentius paullo diversissima conjungens et de improviso injiciens magis in jocando facetiisque colligendis versatus est. Utraque autem ejusmodi fuerit ratio, facilius jam intelligemus, quum ad ipsa utriusque generis proverbia deinceps percensenda accedimus. —

Ac primum proverbia nonnulla afferam, a quotidianis hominum occupationibus profecta quae apte a poeta translata sunt ad agendi rationem illustrandam hominumque mores adumbrandos. Agricultura quoniam res utilissima est, sine qua vita omnino nulla esse potest, et frugum fructuumque perceptio et conservatio non solum ad homines, qui versantur quotidie in rebus rusticis, sed ad omnes pertinet maxime, consentaneum est, permultas res et dictiones tritas in agricolarum vita et commercio frequenter ab hominibus usurpari ad alias res significandas. „Mihi istic nec seritur nec metitur“ legitur ap. Plaut. Epid. II, 2, 80. „Tibi aras, tibi occas, tibi seris, tibi eidem metis,“ Merc. Prol. 73. „Ut sementem feceris, ita etiam metes“ Cic. Or. II, 65. Semper autem in his similibusque locis serendi metendique opera est uni eidemque attributa, quia justum et aequum est, qui sementem fecerit, eum quoque metere. Hinc perspicua fit dictionis ἀλλότριον ἀμῆστηρος et singularis vis, et quo sensu et consilio in Equitibus adhibita sit ab Aristophane. Dictum est enim hoc proverbium in eos, qui fructum ex alienis laboribus capiunt (Diog. II, 75. Suid. s. ἀλλότριον s. ἀμώμενον); similia sunt: ἄλλοι μὲν σπείρουσι, ἄλλοι δ' ἀμήσονται (Diog. II, 62.) et paullo latius dictum ἄλλοι κάμον, ἄλλοι ὀνεύτο (Diog. II, 13.) egregie autem sententiam exhibit Hesiod. Θ, 599. οἱ δ' ἀλλότριον κάματον σφεέρην ἐσ γαστέρ' ἀμῶνται. Aristophanes autem in Equitt. id potissimum consequi voluit, ut quam laudem atque auctoritatem apud populum Cleo sibi comparaverat expeditione ad Pylum felicissime ad finem perducta, eam summopere infringeret dilueretque. Itaque ut id quod sibi proposuerat assequeretur, tum Cleonem ipsum induxit de

¹⁾ Rem tangit Quintil. Inst. Ov. VIII, 6, 57. „Praeter haec usus est allegoriae, ut tristia dicamus melioribus verbis aut bonae rei gratia quaedam contrariis significemus, aliud textu: quae et enumeravimus. Haec si quis profecto ignorat, quibus Graeci nominibus appellant, σαρκασμὸν, ἀστεῖομὸν, ἀντίφρασιν, παροιμίαν dici sciat.“

victoria sua intolerantissime gloriantem¹⁾ et per alios quoque fabulae actores tam saepe istius rei mentionem intulit, ut neminem audientium non pertaederet: tum vero Atheniensibus studuit persuadere, factum illud eo tempore quo Cleo aggressus est, a Demosthene ejusque sociis jam paene ad finem fuisse perductum nulloque omnino dignum esse laude vel admiratione. Huc spectant tres potissimum fabulae loci; unus Eq. 1055 sq.

*Κερκοπίδη κακόβουλε, τί τοῦθ' ἡγεῖ μέγα τοῦρον;
καὶ τε γυνὴ φέροι ἄχθος, ἐπεὶ τεν ἀνήρ ἀναθεῖ·
ἄλλος οὐκ ἄν μαχέσαιτο· χέσαιτο γάρ, εἰ μαχέσαιτο.*

alter initio fabulae, v. 55 sq., ubi Demosthenem ipsum audis facete narrantem:

*καὶ πρώτη γ' ἐμοῦ μᾶζαν μεμαχότος ἐν Πύλῳ Ασκονικήν
παρουργότατά πως περιδραμών ὑφαστάσας
ἀντὸς παρέθηκε τὴν ὑπ' ἐμοῦ μεμαγμένην.*

tertius locus est is, de quo jam nonnulla disputavimus:

*κάτ' ἀνήρ ἔδοξεν εἶναι, ἀλλότριον ἀμῶν θέρος,
νῦν δὲ τοὺς στάχυς ἐκείνους, οὓς ἐκεῖθεν ἤγαγεν,
ἐν ξύλῳ δήσας ἀφανεῖ καὶ ἀποδόσθαι βούλεται.²⁾*

ubi v. ἀλλότριον appetat personam Demosthenis significari, cuius laudibus bellicis Cleo arroganter se ornaverat vel cuius messem messuerat: sed etiam subsequentibus versibus poeta imaginem retinuit et facete pertexuit: nam spicae ligno alligatae, quas siccata et vendere vult, trecenti illi Lacedaemonii sunt a Cleone ex Pylo Athenas abducti ibique tam male habiti (is enim sensus inest in verbis: *ἐν ξύλῳ δήσας ἀφανεῖ*) ut alio loco (Nub. 186) cum miseris macieque deformatis hominibus comparentur discipuli Socratis squalidi miserrimaque specie: (*ἔοικαστι*) *τοῖς ἐν Πύλῳ ληγθεῖσι τοῖς Ασκονικοῖς.*³⁾ Eodem proxime accedit proverbium *ἔρημας τρυγᾶν* in eos dictum, qui nullo cum suo labore et periculo aliquid acquirunt. Nam *ἔρημαι*

¹⁾ Eq. 355, 702, 742, 845, 1052, 1059, 1166, 1172.

²⁾ Hi versus ap. Suid. s. *ἀμώμενοι* leguntur perperam ita contracti:

*τοὺς ἀλλοτρίους ἀμῶν στάχυς τούτους,
ἐν ξύλῳ δήσας ἀφανεῖ καποδόσθαι λέγεται.*

³⁾ Hic versus ut multi Aristophanis, in prov. abiit v. Paroem. Gr. I, App. II, 74. *παρομία* *ἐπὶ τῷ ὀχριώντῳ καὶ ἵσχων.*

ἄμπελοι sunt vineae a custode desertae (Hesych. ἔρημα = ἀγρόλακτα) ubi impune et commode furibus uvas decerpere licitum est. Similiter δίτη ἔρημη est causa deserta, quum altera pars vadimonium deserens adversario causam sine ullo certamine tradit. (Suid. s. v. ἔρημος. d. Zen. III, 84. Apostol. VII, 87.) Apte igitur dictione usus est Philocleo Vesp. 634 οὐν, ἀλλ᾽ ἔρημας φέρε οὕτω ὁρδίως τρυγήσειν, filii imprudentiam deridens, qui per facile se et impune judicibus putaret quod exercerent imperium vanum ac futile illud probaturum.¹⁾ Nec sensu diverso Eccl. 885. puella quaedam proverbium adhibet, anno libidinosae obstrepens et illudens, quae fuco colorem ementita crocataque exornata a fenestra prospicit et cantimculis prætereuntes allicere ad se studet. Negat igitur se passuram, adeo facile anum desertas vineas vindemiare h. e. id quod sibi proposuerit, sine negotio ac molestia impetrare. Sunt versus hi: φῶν δὲ ἔρημας οὐ παρούσης ἐνθάδε ἐμοῦ τρυγήσειν καὶ προσάξεσθαι τινα ἄδονας ἐγὼ δέ, ἦν τοῦτο δρᾶς, ἀντάσσομαι.

Aliud hujusmodi proverbium est: αὕτη μὲν ἡ μῆρινθος οὐδὲν ἔσπασεν (*ἔσπασεν* habet Diogen. III, 35.) quod ab illis, qui lineam ex qua hamus pendet, frustra in aquam demiserunt, facillima tralatione in omnes dicebatur, quibus callida consilia et fallaciae ad irritum ceciderant. Bene igitur Eustathius II. 423 p. 760, 45 explicat: αὕτη ἡ μῆρινθη οὐδὲν ἔσπασεν, ἐξ μεταφορᾶς τῶν σχολούς θηρευόντων. Nam piscatores quum hamum in aquam demittunt, esca hamo imposita insidias parant piscibus: quare Plautinum illud „lineam mittam“ (Mostell. 5, 1, 22) idem est quod dolo captabo cf. Mart. 10, 30. et hamus sicut στάχτης (=μῆρινθη Schol. Thesm. 928) quodque captandi fallendique significat artificium (Hor. Sat. II, 5, 23.) Jam videamus, qualis sit usus proverbii apud Aristophanem Thesm. 928. Euripides ubi primus quem commentus est dolus socerum e vinculis liberandi custodientis mulieris sagacitate haud processit, prytanis interventu maturata fuga salutem petere coactus est. Sed antequam discessit Mnesilochum consolatus est, se nullo modo illum unquam derelicturum asseverans, nisi ipse innumeris destitueretur dolis (ἢν μὴ προλίπτωσεν αἱ μνοῖσι με μῆρινθα). Tum aufigit. At mulier quae Euripidem animadvertisit discedentem ad Mnesilochum conversa facete hunc deridet dicens: haec quidem linea piscium nil attraxit. Quae verba bene mulieri convenient, cuius

¹⁾ Errat in hac re Erasmus Adag. p. 396. quum prava fortasse lectione deceptus vertat: (ἀλλ᾽ οὐν ἔρημας φεθεὶς οὕτω ὁρδίως τρυγήσειν). At ne existimetis vos adeo facile atque impune vindemias facturos.

opera Euripidis consilium quod bene praesenserat (v. 920 sq. 935 *ως νῦν δῆτ' ἀνὴρ ὀλίγος μὲν ἀρετὴν αὐτὸν λατιόδησφος*) ad irritum redactum erat. Contra Brunckius, quem secutus est Engerus, hunc versum Mnesilocho tribuendum statuit. Tamen a vulgata, quae mulieri versum tribuit, haud equidem putavi discedendum, duo potissimum mecum reputans argumenta. Quorum unum quidem et gravissimum proverbium ipsum suppetit, suapte indole ac natura ad illos tantummodo aptum et conveniens, qui aliorum fallacias et machinas conturbatas salse derident et perstringunt: alterum vero in ipsius loci ratione positum est. Nam si reputaveris, inter Euripidis verba et prytanis, qui Mnesilochum solum alloquitur, unum tantum versum intercedere, apparet ni fallor Euripidem statim aufugisse, postquam postrema verba remissiore sane ut monuit Engerus sono vocis elocutus est, ita ut Mnesilochum summissa item voce respondentem ne exaudire quidem posset. Plura pro vulg. disputavit Fritzschius ad h. l. — Pari sensu proverbium significatum est Vesp. 175. Philocleon e domo in qua inclusus tenetur a filio servisque, summopere effugere conatur: postquam aliae ejus fraudes atque fallariae detectae sunt, filium monet opportunum esse vendendi asini tempus sibique optime id negotium committi. Sed Bdelycleo bene suspicatus denuo aliquid doli subesse semet ipsum ait negotium illud curaturum asinumque educi jubet: Xanthiae autem callidum senis ingenium laudanti (*οἵαν πρόφασιν παθήσειν, ως εἰρωνικῶς, ήταν θάτιον ἐπτέμψεις*) respondet Bdelycleo: Sed inanem retraxit lineam: ego enim praesensi machinam. *ἄλλ' οὐκ ἔσπασεν ταύτη γέγω γὰρ ήσθόμητ τεχνωμένου.*

In eandem classem referenda sunt proverbia: *ἐν πλευρᾷ τὴν κεραμεῖαν μαρτάνεις* in eos usurpatum, qui in ediscenda quadam arte vel opificio temere difficultum quodque aggrediuntur, elementorum quae fundamenti loco subsequentibus inserviunt, parum habita ratione. Cf. Zenob. III, 65. Suidam s. v. Dicaearchus quidem in expediendo proverbii nodo plane diversam ingressus est viam, quippe proverbium in eos dictum contendens, qui diligent exortatione in una alterave operis parte collocata ad totam artem habiles se conformarent. Quae explicatio etsi per se haud inepta nec prorsus rejicienda videtur, tamen a vulgari usu aliena fuit nulloque veterum exemplo confirmatur. Priori autem sensu Aristophanem proverbium usurpasser docet Schol. Plat. p. 322 Bekk. eodemque sensu saepius adhibitum est a Platone Gorg. 514 E. Lach. 187. B. *'Αττιζὸς εἰς λιμένα* (Diogen. I, 66. et εἰς τὸν λιμένα Zenob. II, 10. Diogen, IV, 79.) quod proverbium originem duxit a nautis Atticis, remissis illis inter navigandum ac parum strenuis, sed qui navigatione jam

peracta navique in portum ex alto invehente egregiam spectantibus officii speciem ostentabant, facete igitur ad omnes transfertur, qui in summum periculi discrimen adducti cunctantur et pertimescunt, remoto periculo fortem animum ac ferocem exhibent. Quo usum esse Aristophanem in Babyloniis testantur Hesychius et Photius v. Bergk. fr. Bab. XII. Dindf. fr. 61. Huc quoque spectat proverbium Ἐμαντρὸς βαλανεύσω a balneatorum consuetudine et usu profectum, quod quum Zenob. III, 58 (cf. Suidas.) explicet: παροιμία, οἷοντὶ ἐμαντρῷ διακονήσω. Λέγεται δὲ, ὅταν ὁ βαλανεὺς τωθρεύῃ, καὶ ἔστι τις λαμβάνη τὴν ἀρντανεν καὶ διακονῇ. apte Hierocles Pac. 1102 eo utitur: ἀλλ᾽ εἰ τεῦτα δοκεῖ, καγὼ μαντρῷ βαλανεύσω. nam quum sentit, nihil ex extis a Trygaeo sibi offerri, semet ipsum ait provisurum sibi quantaque sacri pars ad se pertineat sacerdotem, arrepturum. De industria autem poeta eam ipsam dictionem Hierocli tribuisse videtur, perquam importune se pro balneatore gerenti. Nam male audiebant balneatores apud Athenienses propter πολυπραγμοσύνην vel nimium studium ac voluntatem alienis se immiscendi negotiis (Diogen III, 64 Hesych. βαλανεὺς = πολυπράγμων. περιεργος Suid. s. v.) qua de causa in Equit. v. 1403. tanquam vilissima plebs cum scortis congregantur et Ran. 720 Cligenes parvus, unus e divitibus, qui Cimoleae terrae ad balnea aptissimae mercaturam agebat, contumeliose balneator vocatur, sive obtrectandi causa, quemadmodum Cleo, qui coria venditabat, saepe coriarius vocatus est, sive propter ingenium hominis inquietum rerumque novarum studiosissimum.

Sed ne in rebus minutis diutius videar morari, satis erit unum ejusdem generis proverbium addidisse, quo poetae consilium quale fuerit egregie illustratur: ἀρ' Ἔστιας ἀρχόμενος. Mos erat apud Graecos, ut in publicis sacris et libamentis Vestae primae justam et debitam partem administrarent et in Deorum invocationibus omnium Vesta prima ultimaque appellaretur. (cf. Plato Cratyl. 264. G. Preller. Mythol. Gr. I, 271.) Isque ritus in proverbium venit, quo significaretur id, quod in unaquaque re primum esset videndum aut agendum (Schol. ad Ar. Vesp. 846. Schol. Plat. 326 Bkk. Casaubon. ad Strab. I, p. 8.) Apte igitur et convenienter a Philocleone judice Vesp. 846 ad res judiciarias translatus est. Qui ubi sensit, ad lites rite instituendas cancellos nondum esse paratos, cito domum ingreditur, et illinc suile vimineum (*χοιροζομεῖον*) affert, quod sit cancellorum instar. Et quod juxta focum erat stabulum, ubi porci inclusi erant, suile illud vocat *χοιροζομεῖον* Ἔστιας. Filio autem exprobranti: itane sacrilega ablatum manu illud affers? respondet senex:

Nullo modo, immo ut a Vesta initio facto conteram aliquem. οὐκ ἀλλ' ἵνα ἀρ' Ἐστίας ἀρχόμενος ἐπιτριψώ τινά. Jam supra autem Philocleo dixerat, primam rerum sacrarum sibi judici apparere cancellos: v. 831. ἄνευ δρυφάκτων τὴν δίκην μέλλεις καλεῖν, ὃ πρῶτον ἡμῖν τῶν ιερῶν ἐφαντετο. Qua re manifesto ostendere voluit, quemadmodum in sacris administrandis intersit sacrificantium, ut ritus sollemnes rite et instituantur et peragantur, ita suamet ipsius et omnium, qui in iudiciis versentur, magnopere referre, ut quae res pertineant ad litem recte et ordine instruendam, accurate omnes instituantur neve quidquam praetermittatur, in quo jus et auctoritas judiciorum nitantur. Quoniam vero in sacrificiis princeps est cura, ut Vestae primus honor detur, ita in iudiciis videndum est, ut antequam causa ipsa adducatur, cancelli struantur omniaque judiciorum instrumenta apparentur. Quare verba: ἀρ' Ἐστίας ἀρχόμενος quae quidem primo adspectu obiter videntur dicta et fortuita nominis mentione adducta, re vera hoc indicare volunt: *Recte et ordine judicium exercebo.* Quod autem pro δικάσω dixit ἐπιτριψώ, id bene acerbam judicis indolem detegit in qualibet causa promissimi ad condemnandum.¹⁾ —

His proverbiiis perquam aptis quae lucem rebus praebeant atque perspicuitatem utpote e multorum hominum consuetudine sermoneque desumpta, alia quaedam subjungimus ab insigni singulorum ingenio indoleque profecta, quibus usus est poeta exemplis, ut hominum quid sit consilii aut facti aperiens indicaret. Hujusmodi est proverbium: Ταῦτα Χαριζένης vel si mavis: *Oīa ταῦτα Χαριζένης*, quo utebantur, ut insulsa ac stolida significant. Namque Charinena, de qua multa et diversissima a lexicographis referuntur (v. Etym. M.

¹⁾ Aptus hic est locus, quo dictiones ἀπὸ γραμμῆς et ἀπὸ βαλβίδων commemororentur, quae per translationem a cursorum carceribus petitam et linea, quam etiam ἄρεσον vocabant, idem significant quod ἀπὸ ἀρχῆς. (cf. Zen. II, 7. Diog. II, 83 Suid. s. ἀπὸ γραμμῆς.) Sic Philocleo Vesp. 548 statim a carceribus ostensurus est imperium suum nullo regno esse inferius (*καὶ μην εὐθὺς γ' ἀπὸ βαλβίδων περὶ τῆς ἀρχῆς ἀποδεῖξω*) et Eq. 1159. Agoracritus a Demo flagitat, ut sese una cum Cleone tanquam cursores e carceribus dimittat certatim beneficia in illum collatuos (*ἄρες ἀπὸ βαλβίδων ἐμέ καὶ τουτονι, ἵνα σέν ποιήσεις ἐξ ἴσου.*) Pariter γραμμὴ metaphorice usurpat a Dicaeopolide Ach. 483. *γραμμὴ δ' αἴτης.* Omnino autem frequens est Aristophanes in rebus et dictionibus ex cursus certamine ad alias res translati Eq. 277. 230. Nub. 430. Ran. 91. Lys. 1000.

367, 21. Hesych. ἐπὶ Χαρ. Suid. Χαροξένη) pariter atque Macco (Eq. 62. 395. Schol.) Praxilla (Zen. IV, 21.) Coroebus, Melittides (Ran. 989 ubi v. Fritzschium) propter eximiam stultitiam infamis erat, id quod satis confirmant cerebrae et consentientes comicorum mentiones, Theopompi, Cratini (Meinek. Com. Gr. II, p. 98) Aristophanis. Eccl. 943 οἵμωζον ἀραι νῇ Λία σποδήσεις οὐ γὰρ τἀπὶ Χαροξένης τάδ' εστίν· κατὰ τὸν νόμον ταῦτα ποιεῖν ἔστι δίκαιον, εἰ δημοκρατούμεθα. Proverbium hoc loco usurpat mulier, quo apertius indicet, stolidum et iniquum morem qui olim viguerit in re venerea, diu illum jam exoletum et novam legem latam esse vetulis pergratam. Similiter miseram atque inopem conditionem senum a promptis disertisque accusatoribus lacesitorum quo evidentius ostenderet, Thironum produxit infelicissimam perpessum senectutem (v. Zen. VI, 68.) Ach. 688 ἄνδρα Τιθωνὸν σταράσσετον. in eandem rationem dictum est Plut. 210. βλέποντι ἀποδεῖξω σ' ὅστεον τοῦ Ανγεώς. nam Lynceus oculis optime videbat (Paroem. I, App. III. 71.) et in ejusdem fabulae v. 287 μὴ τοὺς θεῶντας, Μίδας μὲν οὐτε, ἦν ὡς ὅνον λέβητε· quod Midas rex Phrygiae erat ditissimus (Diogen. VI, 73). denique si Eccl. 1028 mulier quaedam adolescentulo sciscitanti: et haec mihi faciendi est necessitas? „Et Diomedea quidem“ respondet (καὶ ταῦτα ἀνάγνη μὲν οὐστί; Διομέδεια γέ) quia Diomedes Thrax (notissima est fabula) hospites ut filiabus deformibus concumberent cogebat: quis est quin quam fieri potuerit et brevissime et significantissime responsum illud esse fateatur?

Praeterea Aristophanes haud raro quoque mores et ingenia hominum proverbiis a bestiarum natura petitis declaravit. Sic proverbio Αύκος χανών Lace-daemoniorum indoles perfida atque avida egregie a senibus denotatur Lys. 629. οἷσι πιστὸν οὐδὲν, εἰ μή περ λύκῳ πεχγόντι. quod quum Schol. explicet: ἐπὶ τῶν μάτην χαιρόντων ἢ ἐπὶ τῶν ἀλλότριας ἀσπαζόντων posterior quam proposuit explicatio hue adhibenda est. Quoniam vero prior Scholiastae explicatio sola affertur a paroemiographis (Diog. VI, 20) a Suida s. λύκος χανών s. λύκος ἔχεν, ab Hesychio, verisimile fit, priorem illam in hominem qui praedae inhiavit et spe concepta frustratur, majore in usu habitam esse ac penitus obtinuisse, nisi forte quod non-nunquam factum est (Luc. Gall. § 11. Suid. s. λύκος χανών) addita v. μάτην, κατὰ πενοῦ vel simili quodam verbo proverbii qualis sit sententia dilatata magisque ad intellectum accommodata est. Quod autem Suidas s. v. et Photius p. 235. afferunt, proverbium etiam in alteram partem de rebus irritis ab Aristophane acceptam esse in Thesmoph. secundis, ea rē nihil omnino habet offensionis. Quoniam enim

utraque res proverbio recte significatur, nonne licuit poetae, quae aptior loco erat uniuicue, deligere, altera omissa?

Similiter usus est Aristophanes proverbio *αἰετὸς* (hanc formam semper retinuit) ἐν *νεφέλησι*. quae est pars oraculi celeberrimi a Bacide vate facti quod totum affert Schol. ad Eq. 1003.

εὑδαιμον ππολίεθρον Αθηναῖς ἀγέλαιης,
πολλὰ ἰδὸν καὶ πολλὰ πεθὸν καὶ πολλὰ μογῆσαν
αἰετὸς ἐν νεφέλησι γενήσεαι ἡματα πόντα.

quod vaticinium ab regina avium Iovisque ministra desumptum quum portenderet, aeternum fore et infinitum Atheniensium imperium, etsi in rerum vicissitudinibus nonnunquam vacillasset, valde arrisit Atheniensibus ipsorum laudes videlicet avi-dissime sectantibus (Ach. 637.) quod ipse testatur populus personatus Eq. 1013.

καὶ τὸν περὶ ἔμοῦ κεῖνον ϕάερο ἥδομαι,
οὐς ἐν νεφέλαισιν αἰετὸς γενήσομαι.

Nec diversa notione usurpat Av. 978 vates quidam Pisthetaero summum imperium vaticinans. Postea vero quam Atheniensium opes fractae essent et prorsus cecidissent, vaticinium illud in omnium quidem ore permansit, sed notione immutata ἐπὶ τῶν δυσελώτων adhibebant, quod aquila inter nubes volans capi nequit. Ita Paroem. Zen. II, 5. Suidas s. *αἰετός*; confirmat Plut. Dem. 20. *Τῆς ἐπὶ Θεομάδοντος μάχης ἀπάνευθε γενούμην αἰετός ἐν νεφέλησι καὶ ἡέρι θηρίσασθαι.* cf. Bergk. Daetal. fr. 31. p. 156.

Transimus ad proverbia quibus rerum natura qualis sit uniuscujusque propria apertius indicatur. Res magni pretii designantur proverbio: *Βάττον σίλφιον* quod laspertium a Battō Cyrenae conditore ita cognominatum propter multiplicem usum magno erat pretio apud Athenienses. Quare Plut. 925 sycophanta asseverat, se pro nullo p aemio etiam Batti silphio proposito a vitae consuetudine unquam discessurum: *Οὐδὲ ἂν εἰ δούτις γέ μοι τὸν πλοῦτον αὐτὸν καὶ τὸ Βάττον σίλφιον.* Cui affine est *γάλα δρυΐθων* proverbium fictum ad summas delicias significandas, quod usurpat Vesp. 508 Philocleo se orbis terrarum divitias accipere nolle affirmans pro litium caritate: *ἔγώ γὰρ οὐδὲ ἂν δρυΐθων γάλα αὐτὶ βίον λέψοιμ' ἀν οὐ με τὴν ἀποστεγεῖς.* et Av. 734 aves ipsae praeter alia praeclera bona etiam lac gallinarum hominibus pollicentur: *δώσομεν ὑμῖν, πλονθυγίειαν, εὐδαιμονίαν, βίον, εἰρήνην, νεότητα, γέλωτα, χοροὺς, θαλλας, γάλα τ' δρυΐθων.* Omnia autem facetissime ib. 1673 Pisthetaerus Nubieculiae conditor ac dominus Herculi

guloso (*γαστριμάργο*) lac gallinarum appositum se promittit: *ἄλλη γένεται μεθ' ἡμῖν* οὐς, *καταστήσω σὲ ἐγώ τύραννον, δογμίθων παρέξω σοι γάλα.* Idem poeta fortasse etiam in Vesp. 724 respexit. Pollicetur enim Bdelycleo, patri quidquid a se petitus fuerit sese praestiturum (*καὶ νῦν απεχνῶς ἐθέλω παρέχειν δι τούτους βούλει σοι*) potes igitur exspectare, ut etiam γάλα δογμίθων vel simile quid adjiciatur summas delicias significans, sed praeter exspectationem ludit poeta addens: *πλὴν κωλαπότου γάλα πίνειν.* Similia sunt: *γλαῦκες λαυριωτικαὶ* prov. a nummis argenteis impressa ulula signatis petitum, quod eleganter avibus tribuitur Av. 1106. *γλαῦκες* νῦν οὔποτε ἐπιλείψονται λαυριωτικαὶ. et dictiones ἀγαθῶν σωρός Plut. 804. (*ἀγαθῶν ἀγαθίδες* comice dictum v. Meinek. IV, p. 682. alia hujus modi ἐπὶ πολλῆς εὐδαιμονίας attulerunt editores Paroem. Zen. I, 10.) et ἐν πᾶσιν ἀγαθοῖς ab Aristophane Vesp. 709 mutatum in ἐν πᾶσι λαγώνις quod lepores summo apud Athenienses erant pretio, sicut Acharn. 1026. ἐν πᾶσι βολίτοις. cf. Kock. Eq. 1192. 658.

Res nullius sive minimi pretii indicant proverbia: *ἄξιος τριχός* (Zen. II, 4) Ran. 614 asseverat Xanthias: *εἰ πώποτε ἥλθον δεῦρο, ἐθέλω τεθνήκειν, ἥκλεψα τὸν σῶν αἵξιον τι καὶ τριχός.* Cognatum est οὐδὲ ἀκαρές Plut. 244. v. Schol. οὐδὲ γρῦ (Zenob. IV, 54. ἐπὶ τοῦ μικροῦ καὶ τυχόντος) a γρύζω qua voce proprie pororum grunnum significabant: alii quidem de sordibus in unguibus male recisis accipiunt (*δύπος ὄνυχων*) Plut. 17. ἀποκρινομένῳ τῷ παράταν οὐδὲ γρῦ. cf. Ran. 913. Huc spectant quoque vocabula: *ψεκάς* quod idem est atque quod ψεκάς Diogen. VIII, 71. *ψεκάς:* ή δρόσος. eaque voce utitur Trygaeus Pac. 121. ἔνδον δ' ἀργυροῦ μηδὲ ψεκάς ή πάμπταν. similiter Plautus Pseud. I, 4, 4. Quoi neque parast gutta certi consili neque adeo argenti. et ἄχνη quod cognatum cum χρόνῃ, χροῦς (Nub. 978) & praeposito pro euphonico accepto, saepe cum aliis vocabulis conjungitur ad minimam cuiuslibet rei particulam significandam. Ita est ἄχνη ὑπονοματοῦ paucillum somni, qua dictione utitur servus Vesp. 92. ήν δ' οὖν καταμάση καὶ ἄχνη (idem est quod paucis versibus interjectis legitur: *ὑπονοματοῦ οὐδὲ πασπάλην.*) similia sunt ἄχνη ἀλός (*ἀλφός*) ἄχνη πυρός (*καπνός*) v. Paroem. App. I, 44. E plantis ad vilissimum quodque significandum in proverbi consuetudinem venit *σκάνδιξ* Diogen. VIII, 20. *λάχανον ἄγοιν.* Addit: διὸ καὶ σκανδοπάλης ὁ Εὐριπίδης. At non Euripidem, sed matrem ejus silvestria olera (*σκάνδικας*) venditasse perhibent Schol. Aristoph., Suidas, Photius, alii, id quod etiam patet ex Ach. 478. *σκάνδικα μοι δὸς, μητρόθεν δεδεγμένος.* Tamen Diogeniani sententia aliqua ex parte potest

sustineri. Collatis enim Ran. 845, 840, 947. Eq. 19. appareat Euripidi id potissimum ab Aristophane probro habitum esse, quod quemadmodum mater ex rebus minutissimis quaestum acquireret, ita rebus vilissimis nulliusque ponderis tragoeidas finxerit (Ran. 941. *τὸ βέρος ἀφεῖλον ἐπυλλιούς καὶ τευτλιούσι λευκοῖς*) v. Leutsch. acute hac de re disputantem Paroem. I, p. 308. Rem nullius pretii etiam declarabant proverbio: Connii calculus (*Κόννου ψῆφος* v. imprimis Suidam s. v. ibique Küsteri Bernhardiique adnotationes.) De persona quidem Connii, quocum falso non-nunquam Connas tibicen (Eq. 534) confunditur, parum liquet; alii enim dicunt, citharoedum suavem fuisse, alii hominem quendam vilem summaque rerum inopia laborantem. (Schol. Vesp. 675.) Utitur ea dictione Vesp. 1. c. Bdelycleo patrem nihili haberi ac derideri docens a demagogis pessime rempublicam Atheniensium administrantibus: *οὐ μὲν ἡγοῦνται Κόννου ψῆφος*: denique ad modum proverbii γάλα δονίθων fictum est, sed de rebus vanis nulliusque momenti ὄνον πόνατ (cf. Zen. V, 38. Suid. s. v.) quod usurpat Charon Ran. 186. *τις εἰς τὸ Αἴθρης πεδίον ἦ' σ' ὄνον πόνας, κ. τ. λ.*

Ad haec proverbia universe dicta alia apponuntur, ita comparata, ut res pro suapte singulares specie ad totius generis pretiosissimum quodque significandum adhibeantur. Sic aurum Colophonum recte explicatur eximium aurum (Zen. VI, 47. *χρυσὸς ὁ Κολοφώνιος, παρόσον οἱ Κολοφώνιοι τὸν κάλλιστον χρυσὸν ἐργάζεσθαι νομίζονται*. quo usus est Aristophanes in Cocalo fr. 131 Df. Bgk. 8. acetum Sphettium, quod fuisse videtur acerrimum, Plut. 720. *εἰτ' ὅξει διέμενος Σφηττίῳ* etsi ab interpretibus perinde atque *ἐμπίσ Τριποδονία* Lys. 1032 *Τογγόνες Τιθώσιαι* Ran. 477 cf. Bernhardii Histor. Gr. Litt. I, p. 378. etiam ad Sphettiorum acerimum ingenium refertur. Schol. Plut. 1. l. *δοιιμντάτῳ ἢ ἀπὸ τοῦ δέμου πικοὶ γὰρ οἱ Σφηττίοι καὶ συνοφέαται*. Paroem. I App. IV, 29. *λάβρωνες Μιλήσιοι* dicebant Athenienses, quum multi et egregii lupi in foro venibant (App. III, 57.) Eq. 361 quo loco luporum et Milesiorum simul fit mentio: *ἄλλ' οὐ λάβρωνες καταφαγὼν Μιλησίους κλονήσεις. Ταρτηνία γαλῆ* Diogen. III, 71. *ώς μεγάλων ἔπειται γενομένων*. festive autem Ran. 478 Tartesiam felem immutavit in Tartesiam muracnam h. e. magnam. *Αἴτναῖος κάνθαρος* Diogen. I, 59. quod magni erant canthari ad montem Aetnam, nisi malis comparatione instituta: magnus tanquam mons Aetna. v. Schol. ad Pac. 73: *εἰσήγαγ' Αἴτναιον μέγιστον κάνθαρον*.

Usui haud dispari fuerunt poetae quae jam sequuntur proverbia a populum historiis et institutis profecta. *Αἴμος Μήλιος* proverbium ductum a Melo Aegei maris insula, quam paullo antequam Aristophanes Avium fabulam docuit,

Athenienses Nicia duce obsederant fameque ad deditonem coegerant (Thue. V, 84. Zenob. IV, 94.) quod Pisthetaerus adhibet Av. 187. *Tοὺς δ' αὐτὸν θεοὺς ἀπολεῖτε λίμην Μηλίαν* avibus suadens ut urbe nova inter coelum et terram aedificata Deos a nidore sacrificiorum oblatorum secluderent fameque vehementissima suffocarent; scutica Coreyraea (*Κερκυραῖα μάστιξ* Zen. IV, 49.) horribilis illa e binis facta loris eburneisque capulis, omnino de magnis scuticis usurpabant (Diogen. V, 49 ἐπὶ τῶν μεγάλων μαστίγων.) Facete igitur Av. 1469 Pisthetaerus magnam et duplice scuticam vibrans manu, qua sycophantem et ipse alis ut instruatur peccatum castigaturus est, sese alas illi Corcyreas affixurum pollicetur. καὶ μὴν ἔστι μοι νῆ τὸν Αἴαντα κέλλιστα Κερκυραῖα τοιαντὶ πτερόν κ. τ. λ. Proverbium Σκυθῶν ἐρημῶνa proprie de regione vasta et parum culta dicebant, (sic Curt. VII, 8. Seytharum solitudines) latius de omnibus, qui in periculis ab amicorum subsidio prorsus se destitutos sentiebant: et haec est sententia Ach. v. 704 τῷ γάρ εἰκός ἄνδρας πυρὸν, ἥλιον Θουνδίδην, ἐξολέσθαι συμπλακέντα τῇ Σκυθῶν ἐρημῶν; Idem tecte significat Av. v. 1484 quo de loco infra plura. Aliud proverbium Αἴγανον πεζόν atrox illud scelus tangens a mulieribus perpetratum (Herod. VI, 138) quo pessimum quodque facinus denotabant (Zen. IV, 91.) ab Aristophane Lys. 299 respectum esse Berglerus judicavit: „Tria sunt ad quae respexit. Primo ad fornaces ignis et officinam Vulcani in Lemno — deinde ad proverb. Αἴγαντα πεζά — tertio alludit ad vocem λίμην ut patet cum dicit (v. 301!) οὐδὲ γάρ ποθ' ὁδὸς ὁδὸς ἐθρυψε τὰς λίμας ἐμοῦ.“^a Contra quae recte Engerus: „Hanc annotationem dignam sane quae legatur, probare non debebat Dindorfius, nam de proverbio hoc loco non cogitandum. Tenendum enim in interpretatione, non licere poetae ad plures uno vocabulo res alludere: quo omnis sententiae vis tollitur.“^b Rejecta igitur omni farragine a Schol. v. 298. 299. collata quam Berglerus nimis studiose arripuit, huc tantummodo adhibenda sunt quae prima exstant ap. Schol. v. 299. ἀντὶ τοῦ πάντα γερράτον.

Satis mihi video ostendisse, proverbia qualia essent apta et idonea ad hominum rerumque propriam naturam declarandam ideoque scite a poeta usurpata: deinceps ut erat propositum de illis dicatur, quae ridendi faceteque dicendi gratia injecisse judicandus est. Quo in consilio etiamsi Aristophanes plurimum efficit ingeniosa rerum elegantique tractatione, non minimum tamen ipsis proverbiorum quae de legit facetiis auctus et adjutus est. Ac duplice rationem uti res ferebat in usu sectus est: aut enim formam proverbiorum respiciens jocosis orationem comparationibus illustravit et condidit, aut magis ad sententiam conversus tectum quendam et opertum

sermonem admiscerunt, urbani hominibus in colloquio pergratum atque usitatum, quo videlicet quid sentiant facete indicent sermonique venustatis fucum tribuant.

Ac primum ad proverbia accedimus insolentius paullo ita interposita, ut faceta inde comparatio subnascatur: quorum alia cum verbis proxime quae antecedunt arctiore quadam nodo continentur, alia ex improviso interposita sunt. Ex illo genere est proverbium *ἀπ' ὄντος καταπεσόν*, quod a paroemiographis (Zenob. II, 57. ἐπὶ τῶν μειζόνων καὶ ἀδυνάτων) ad illa refertur, quibus majus quoddam opus institutum indicatur quam effici potuerit. Vehementer autem Graecos ingenium exercuisse in rebus quae nullo modo effici possunt sollerter excogitandis, non est quod multis dicam: vide sis collectionem ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων ex argumenti congruentia factam ap. Paroem. Gr. I, p. 343 sq. In eandem igitur classem etiam proverbium *ἀπ' ὄντος καταπεσόν* conjicitur: et recte quidem, si reputaveris, vulgo segniter ac tute asinos incedere nec facile quempiam nisi prorsus aut inhabilem aut imprudentem ab asino decidere. Quapropter facete de hominibus dicitur admodum imperitis adeoque ingenio obtuso, ut in quavis re facilima et expedita offendant corrundaque. Qui autem alteram explicationem a Platone (Legg. III, 701 C.) ductam quam habet liber Coislinianus sequuntur, de asino frenorum impatiens duriorique ore cogitantes, ideoque ad homines fatuos transferunt quique immodice sibi indulgent in loquendo nec tanquam frenis oratione temperata, illos a principali proverbii significatione plane aberrasse arbitror. Atque alteram notionem ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων respexit Aristophanes Nub. 1273. quo loco Strepsiades Amyniam foeneratorem deridet, pecunias filio datas mutuo a patre exigentem. Dixerat autem foenerator, quo sese quodammodo excusaret nec nisi invitum et necessitate coactum exigere ostenderet, nuper se in equestri certamine (spe) decidisse ac deteriori esse conditione. (v. 1272. Ήπτοντος ἐλάνωντος ἐξέπεσον νὴ τοὺς θεούς.) Ita ansa oblata ad lusum verborum, quod v. ἐξέπεσον potest in duas sententias accipi, Strepsiades data opera non in eam partem, quam voluerat ille, accipit, respondens: *Tί δῆτα ληρεῖς ὥσπερ ἀπ' ὄντος καταπεσόν;* Comparat igitur jocose Amyniam cum homine admodum incondito adeoque imperito, ut ne asini quidem dorso firmiter possit insidere. Quem autem jocum interpretes (Berglerus, Küsterus, Brunckius) in ambiguitate verborum *ἀπ' ὄντος* et *ἀπὸ τοῦ* invenire sibi videntur, eum recte Hermannus rejicit, tum quod a proverbio aliena est ea ambiguitas, tum vero quod etiam absque isto lusu literarum eadem hujus proverbii sententia est.

Similiter ad ea quae modo dicta sunt spectat proverbium: ὅνος ἄγων μυστήρια asinus mysteria celebrans, ut Fritzschius recte interpretatus est. Nam Ran. 159. Xanthias, ubi Herculem audit domino ad inferos iter describentem ab eoque etiam mystarum summis orgia deliciis celebrantium mentio facta est, haud immemor ille ad sese servum festos illos nihil attinere, festive se cum asino mysteria celebrante comparat, quippe pari ipse molestia conflictans atque asini, qui in mysteriis res celebraturis necessarias Eleusinem ex urbe ferentes onere majore premebantur: Ran. 158. 159. ΛΙΟ. οὗτοι δὲ δὴ τίνες εἰσίν; ΗΡΑ. οἱ μεμνημένοι. ΞΑΝ. νὴ τὸν Λῃ ἐγὼ γοῦν ὅνος ἄγων μυστήρια. Recete igitur Scholiasta explicat: ὡς ἀν οὐν ὁ μοιοτάτα πάσχων τῷ πιέζεσθαι τῷ ἐπικειμένῳ ἀχθει τὴν παροιμίαν μύγνουν Ἀριστοφάνης. Haud secus proverbium χειμῶν ὁριζάται (v. Paroem. I. Append. V, 25. Suidam s. v.) injectum est Ach. 876. quo utitur Dicaeopolis Boeotum quandam alloquens qui avium multitudinem fert ad forum suum vendituras: ωσπερεὶ χειμῶν ἄρα ὁριζάταις εἰς τὴν ἀγορὰν ἐλήλυθας. Comparat igitur Boeotum cum tempestate aves vehementi flatu abigente.

Transimus ad proverbia ex improviso ridiculae comparationis gratia injecta. Huc referendum est proverbium χάραξ τὴν ἄμπελον. quod recte explicat Bernhardius ad Suidam: „*H χάραξ τὴν ἄμπελον. ἐπὶ τῶν ὑπὸ χεῖρα — Etenim τὰ ὑπὸ χεῖρα cum dicantur, quae sub manu et ex improviso nascantur; appareat id proverbium ad res subitarias et praeter exspectationem provenientes referri*“. Hoc proverbio utitur Aristophanes Vesp. 1291, ut homines derideat, qui temere animum induxerint cum Cleone se in gratiam rediisse. v: 1290. 1291. ταῦτα κατιδῶν ὑπό τι μικρὸν ἐπιθῆκαν· εἴτα νῦν ἐξηγάπατησεν ή χάραξ τὴν ἄμπελον. Narrat igitur post accusationem et judicium a Cleone sibi conflatum, haud ita valde Cleonis minis et maledictis motum, sed quod ipsius a spectatoribus adeo ratio habita sit nulla, et ab omnibus prorsus destitutum se animadverterit, aliquantum se acquiesisse nec quemadmodum instituerit denuo vehementissime invectum esse in Cleonem. Qui autem inde se cum Cleone reconciliatum collegent, perinde illos opinione esse deceptos atque agricolas, quum repente pali juxta vites solo infixi revirescant frondesque emitant, ita ut vitibus non ut sperabatur, sint adjumento, sed potius maximo vel damno et impedimento.“ Comparatio autem quae inde subnascitur faceta minime illa ad Cleonem solum referenda est, ut Berglerus statuit, sed potius ad omnes Athenienses illa re deceptos vel si mavis et ad illos et ad Cleonem, nam facile crediderim, Cleonem quum post litem illatam animadverteret Arist-

phanem paullisper acquiescentem, temere sibi persuassisce, clade recens accepta id effectum magnumque metum comicò incussum esse.

Huc quoque spectat proverbium: *πρωκτὸς λούτρου περιγίνεται* (Append. IV, 61.) ab iis petitum, qui alvi profluvio laborant et operam perdunt in purgando, ita ut podex lotionem vincat (v. Schol. ad Vesp. 622 Df.) qui quod in ista victoria ipse maximum facit detrimentum, scilicet immunditiis magisque inquinatus et obtectus: proverbium recte et ridicula comparatione in omnes dici poterat, qui ipsorum damno in re inutili vincerent. (Schol. ἐπὶ τῶν ἐπὶ κακῷ ξαντῶν νικώντων.) Quare quae Vesp. 604 Bdelycleo patri de imperio suo praedicanti vaticinatur: *πάντως γάρ τοι παύσει κάνασσαίσει πρωκτὸς λούτρου περιγνόμενος τῆς ἀρχῆς τῆς περισέμουν* in hanc sententiam accipienda sunt: Profecto nihil verbosa tua disputatione consequeris nisi idem quod *πρωκτὸς* lotionem qui vicerit: tamque inepta et frivola est ista tua contentio imperii sui amplitudinem praedicandi et extollendi quam hominum conatus supervacanei et incassi *πρωκτὸν* identidem inquinatum ut sordes eluantur omnes purgare. Huic simillima est ratio proverbii: *'Ηρακλῆς ξενίζεται.* (v. Apostol. VIII, 63. Suidam s. v.) In morantes usurpati, quod qui cum Hercule edacissimo (v. Leutschium ad Apostol. VIII, 63.) una coenabant, multum temporis illis erat opperendum, donec heros cibis esset satiatus. Idem sibi quoque evenire queritur Cinesias illusus ab uxore, quae de industria tempus terendo eorum quae praestitaram ei se promisit, re vera nihil praestat. Quare ille vehementer stomachans exclamat in Lys. v. 928: *ἄλλη τὸ πέος τόδ' Ἡρακλῆς ξενίζεται.* Plura de hoc loco dissererem, si quam est facetus, tam esset verecundus. Apparet autem his in proverbii Aristophanem etsi sententiam haud omisit, ad formam tamen maxime spectasse facetae comparationi accommodatam.

Neque desunt exempla, ubi Aristophanes proverbiorum sententia non magnopere respecta totus in ridicula comparatione versatus est. Huiusmodi est proverbium *"Αἴδος κυνῆ* (Zenob. I, 41.) galea illa tenebricosa ideoque Orco attributa (Hesiod. scut. Herc. 226. *"Αἴδος κυνέη ζόγον αἵνον εἶχονα* cf. Preller. Mythol. Gr. I, p. 494.) quam qui induerat, videri non poterat: quare II. V, 845 Minerva galeam Orci imponit sibi, ne se videre possit Mars. Dicebatur igitur de rebus occultis: apud Aristophanem autem in Ach. v. 390. chorus senum Hieronymi poetae caesariem quam nimiam is alebat, hirsutam Orci galeam vocat, Dicaeopolidi tergiversanti ab illo petendam qua se occultet: *λαβὲ δὲ εὔοῦς γέ ἔνεκα παρ'*

Τερωνύμου σκοτοδεσσυνότοιχά τιν' Ἀιδης κυνῆγ. Recte igitur Suidas: ἐπὶ τῶν ἀφανῶν εἴργηται η παροιμία: νῦν δὲ εἰπὶ τῶν ἄγνων κομώντων. cf. Schol. ad Ach. 395. 397 Df. Similiter fabulam illam celeberrimam de inimicitia, quam cantharus cum aquila exercet, unde proverbium ἀετὸν κάνθαρος ματεύεται (Zenob. I, 20.) de illis dictum, qui potentiores, a quibus priores acceperunt iniurias, ulciscuntur, in formam argutae comparationis redactam habes Lys. 695. ὡς εἰ καὶ μόνον κανῶς ἔρεις, ὑπερχολῶ γάρ, ἀετὸν τίττοντα κάνθαρός σε ματεύσομαι. v. Bergl. ad h. l. Prorsus a sententia discessit in proverbio: κύνα δέρειν δεδαρμένην. quod ex Pherecratis comici ingenio emanavit, si quis confectam rem et absolutam stulte denuo repeteret dici solitum. Diogen. V, 85. ἐπὶ τῶν μάτῃ τι ποιούντων. eadem fere reperiuntur apud Suid. s. v. et apud Schol. ad Lys. 158. quo loco faceta mulier, a qua tota fabula accepit nomen, quam ceteras mulieres videt sollicitas, ne prorsus a viris destituantur, erigit illas et confirmat, licere sibi dicens virorum consuetudine privatis veretro uti Milesio (οὐλίσβῳ Μιλησίῳ cf. Lys. 109.) iterumque excoriatum canem excoriare. Qua in re quid sibi velit faceta mulier, per facile est intelligere. Nempe quum v. κύων significantur pudenda, (v. Hesych. v. κύων. Meinek. Com. Gr. IV, 642. Florens ad Lys. 158.) appetet totum jocum in obscena comparatione verti. Similia praetermittere satius habeo, ne studiosius joca salsa quidem at parum modesta videar persecutus esse.

Restat ut ex illis nonnulla afferantur, quae aperte eo consilio versibus interposita sunt, ut obscurius paullo loquendo orationem argutiorem efficeret et facetiorem. Huiusmodi est proverbium οὐδὲ ἐν σεκίροις quod dici solebat in eos, qui a fine operis vel negotii suscepti longissime remoti erant: ductum teste Scholiasta ad Vesp. 480 et Paroemiographis ab iis, qui hortos ingrediuntur, extremas enim hortorum partes (*τοὺς περικήποντας*) apio conserere solebant. Proverbium igitur significare vult: nondum ipsum rei principium attigisti: quemadmodum ne illi quidem, qui hortos ingrediuntur, ad apia pervenerint. Eoque sensu proverbium adhibitum est Vesp. 480. Nam quum Bdelycleo dixisset, malle se a patre suo prorsus abscedere quam quotidie tot tantisque incommodis conflictari, senes respondent: Ne inter apia quidem es, neque inter ruta: nam id ipsum verbum ex vilium (*τριχονίζοντας = ἀγοραῖον Conzius*) numero praeterea huc iniiciemus: vel multis malis quorum nunc ne suspicionem quidem habes, oppressum te senties, in iudicium a nobis arcessitus: οὐδὲ μέν γ' οὐδὲ ἐν σεκίνῳ σούστιν οὐδὲ ἐν πηγάνῳ.

τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν τῶν τριχουνίζων ἐπῶν ἀλλὰ νῦν μὲν οὐδένειν ἀλγεῖς, ἀλλ' οἵτε ξυνήγορος ταῦτα ταῦτά σου κατατκῆ καὶ ξυνωμότας καλῆ. Apte igitur proverbium adhibitum est et ex more hominum, qui quum vehementius commoti loquuntur, saepe magis tecte et operte quid sentiant significant quam aperte pronuntiant. Cave vero colligas ex Aristophanis loco, vocem οὐδὲν ἐν πηγάρῳ aliquam proverbii huius partem esse: proverbium est: οὐδὲν ἐν σέλινοις idque vel ex altera explicatione a Scholiasta allata appetet. Nam Scholiasta docet, nonnullos sententiam ab apio gymnici certaminis ductam existimare, quo infantes recens nati orabantur, ut tali ornamento vel a teneris ut aiunt unguiculis studio ac voluntate imbuerentur coronae illius Nemeae qui vicissent donatae aliquando ipsis quoque expetendae. Schol.: ἀτὶ τοῦ ἐν γυμνικῷ ἀγῶνι ἥγοντο οὐδὲν ἐν παιδιά. (non es in gymnico certamine: non per jocum sed serio res agitur.) Sed mittamus explicationem ab huius loci ratione alienam. Iam vero patet, haud recte ab interpretibus versum subsequentem (*τοῦτο γὰρ παρεμβαλοῦμεν κ. τ. λ.*) ad totum versum antecedentem relatum esse. Non nescio quidem v. ἔπος ab Aristophane saepius proverbia significari (Av. 507. Lys. 1038.) sed hoc loco tantummodo ad verba: οὐδὲν ἐν πηγάρῳ referenda sunt idque etiam notione compositi παρεμβαλοῦμεν aliqua ex parte confirmatur. Denique si quaeris, quo consilio interclusio ista a poeta facta sit, mihi quidem satis probatur, quod in uno Scholio legitur: τὸ δὲ πήγαρον εἰπεν, ἐπειδὴ καὶ σέλινον προσταξεν, videlicet risus captandi gratia, nec ullo modo persuadere mihi possum, quod ex alio Scholio Florens statuit, vile et ineptum dicendi genus quorundam comicorum praecipue Archippi ex his similibusque facetiarum materiem requirentium leviter derideri. Huic simillimus est usus celeberrimi adagii: πάλαι ποτ' ἡσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. de cuius origine veteres multa et varia narraverunt (v. editores ad Zen. V, 80. Bergk. Lyr. p. 219 sq.) Sententia ipsa satis expedita est, dicebatur enim in omnes, qui desierant quod erant esse facti deteriores: quemadmodum Milesii in luxuriam prolapsi a pristina virtute defluxerant. Hoc proverbio utitur in Pluto 1002. adolescens quidam, qui Plutum nactus anum fastidit, cui pauper olim diviti morem gessit. Quae quum adolescentem ad pristinam consuetudinem revocaret et precibus placetas addidisset, quo facilius commoveret: is non modo remisit intactas, sed etiam illud addidit dictum cavillandi gratia, ut bene Chremylus interpretatur 1074. εἰναι σ' ὑβριστήν φησι καὶ λέγειν οὐ πάλαι ποτ' ἡσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Ex eodem genere est proverbium: λιθον ἔψεις satis usitatum ἐπὶ τῶν

ἀδυνάτων. (App. III, 67.) quo Vesp. 280 acerbum Philocleonis judicis ingenium declaratur. Qui reorum misera et afflictia fortuna haud emollebatur, sed si quis misericordiam ejus imploraret, oculis in terram fixis „lapidem coquis“ dicere solebat. Similiter Plaut. Curc. I, 3, 41. „Noli amabo verberare lapidem, ne perdas manum.“ Sin autem recordaris, *λιθον* ut latine lapidem metaphorice usurpari in hominem admodum durum et inexorabilem (v. Jacobs. Ach. Tat. p. 816. Tibull. I, 11, 49. At lapis est et ferrum, suam quicunque puellam verberat) unde aliud proverbium *λιθον λαλεῖς* (App. III, 68) natum est, facile intelligis, quo consilio Aristophanes ex magno hujusmodi proverbiorum numero id potissimum delegerit. In eundem usum convertit proverbium: *ὑπὲρ ὄνον σκιᾶς*, usurpatum si quis res nullius pretii ac momenti enixe sectaretur.¹⁾ In Vesp. v. 191. Philocleoni tribuitur, quodque certamen studiosissime se subitum affirmanti. Quaerenti igitur filio: *περὶ τοῦ μαχεῖ νῷν δῆτα;* respondet senex: *περὶ ὄνον σκιᾶς.* Eodem sensu proverbium occurrit Daedalo fr. 238 Df. Bgk. 10. Denique hoc refero formulam dicendi usitatissimam: *κάτερ' ἔγωγ' εἴσηγγόμην,* deinde exercefactus sum, hodiernis quoque temporibus usurpatam, quoties quae narrantur vana somniisque similia videntur.²⁾ Utitur ea Xanthias Ran. 51. dominum tecte deridens qui tredecim se naves nuper depressisse affirmavit.

¹⁾ Zen. VI, 28. ἐπὶ τῶν περὶ μηδενὸς χρησίμου φίλοταμόντων In Fabula enarranda, a qua proverbium ortum est, Paroemiographi, Suidas et Scholiasta ad Ar. consentiunt, nisi quod in nomine inter se discrepant: εἰς Δελφούς Suidas habet, contra Μεγάρας Zenob. et Schol. ad Ar. v. Bernhardum ad Suid. ὑπὲρ ὄνον σκιᾶς.

²⁾ Kockius Ran. 51 apte comparat Agricolam teutsche Sprüchwörter 1624. „Und mit dem erwacht' ich.“ Wir brauchen das Wort, wenn wir jemand höflich lügen strafen.

Iam vero transeamus ad alteram disputationis partem, quae versabitur in illis proverbiis percurrendis, quae Aristophanes tecte significavit et in transitu leviter attigit. Ac triplicem viam hac in re ingressus est: aut enim adagii sententia servata formam immutavit, aut illa omissa hanc vel integrum adhibuit vel paullo immutatam, aut fontes ipsos unde profluxerunt, animum advertit.

I. Accedimus ad locos percensendos, ubi primam rationem secutus est. Retinuit igitur sollemnem, quam usu proverbium nactum est, sententiam, sed ut cujusque loci ratio postulabat, formam paullum immutavit. Ac primum hoc affrenda sunt, quae data opera aut unius verbi aut parva literae immutatione transformavit. Notissimum hoc est dicendi genus, a veteribus interpretibus *σχῆμα παρ' ὑπόνοιαν* vel *παρὰ προσδοκίαν* vocatum, et Aristophani atque comicis adeo usitatum, ut ab Hermogene inter tres comice dicendi vias et rationes enumeretur.¹⁾ Quo genere dicendi primum id assecutus est, ut proverbiorum sententias ad alias res quas maxime tractaret accommodaret magis aut ad hominum naturam qui loquerentur quodammodo transformaret: deinde ut ipsas facientes efficeret et argutiores. Etenim quem aliud exspectetur aliud dicitur, audientes quasi decipiuntur, ipsorum autem ut natura fert errore delectantur²⁾ et quum proverbia cuique sint notissima, mutatio ipsa simulac prolata est, ab omnibus perspicitur.³⁾

Satis notum est Pericleum illud dictum, quo rationes referens ad populum usus est, ne Plistoanactem pecuniis a se corruptum esse patefaceret: *εἰς τὸ δέον*

¹⁾ Hermog. π. μεθ. δειν. III. p. 440 sq. τοῦ κωμικῶς λέγειν ἀμά καὶ σκύπτειν ὅρχαῖς τρεῖς μέθοδοι, τὸ κατὰ παρφύσιαν σχῆμα, τὸ παρὰ προσδοκίαν, τὸ ἐναντίας ποιεῖσθαι τὰς εἰκόνας τῇ φύσῃ τῶν πραγμάτων. — Loci unde singularis hujus facietiarum generis ratio luculentter perspicciatur, in Equitibus, ne alios commemorem, reperiuntur Eq. 432. 491. 528. 919.

²⁾ Vid. Cic. de Orat. II, 64, 260. ibid. 70, 284.

³⁾ Id enim oportere dicit Aristot. Rhet. III, 11, 6. ἔξαπατῷ γάρ καὶ ἐν τοῖς μέτροις οὐ γάρ ὅπερ ὁ ἀκούων ὑπέλαβεν. ἔστεγε δὲ ἔχων ὑπὸ ποσοὶ χίμετλα. ὁ δὲ φέτο πέδιλα ἔρειν. τούτου δὲ ἀμά λεγομένου δεῖ δῆλον εἶναι.

ἀνήλωσα, quod dictum ut alia Periclis (v. Plut. Pericl. VIII.) percrebuit et in ore et sermone omnium coepit esse. Itaque Nub. 858 etiam Strepsiades usurpat a filio compellatus, quoniam calceos avertisset (*τὰς δὲ ἐμβάδας ποι τέροςας, ὥνοντε σύ;*) sed ut pro nihilo se abjecisse ac probe a Socrate ejusque famulis defraudatum apertius indicaret, jocose Pericleum illud *ἀνήλωσα* vertit in: *ἀπώλεσα:*

ώσπερ Περικλέης εἰς τὸ δέον ἀπώλεσα.

Simillimus huic est jocus in Vespis 928, ubi proverbium: *μία λόγιη οὐ τρέψεται δύο ἔργα γάζους* sensu vulgari adhibitum est, nisi quod in fine *ἔργα γάζους* facete immutatum sit in *κλέπτα*. Dicebatur autem illud proverbium, sumtum ex erithaci avis cuiusdam solitariae et rapacis natura in omnes, qui ex minutis rebus nimios fructus quaererent. cf. Diogen. VI, 39. *ἐπὶ τῷ ἐξ μικροῦ τυρὸς πολλὰ σπουδαῖόντων*, eadem fere reperiuntur apud Zenob. V, 11, nisi quod v. *πολλὰ* desideratur. v. Erasm. Adag. p. 397. Proverbii hujus nisus auctoritate Xanthias, ad quem ab altero cane Cydathenaeensi i. e. Cleone accusatoris partes delatae sunt, postulat, ut Labes canis qui caseum devoravit, furti condemnetur, quoniam unus saltus nequeat alere duos fures. Qua facetissima mutatione poeta id effecit, ut quo crimen Cleo saepenumero in fabulis (v. in Eq. 259. 296. 326. in Vesp. 34. 272.) perstrictus et exagitatus est, idem ultro profiteatur et patefaciat, quemadmodum v. 909. 916. libere exposuit, sese accusatoris munus imprimis suscepisse, quod ab altero cane *μονοφαγούσατο* nil praedae secum communicatum sit. Tertium ejusdem generis locum refero Thesm. 528 sq. Vetus fuit proverbium: *ὑπὸ πατὶ λιθῳ σκορπίος καθεύδει*: natum e scolio Praxillae, quod plenum legitur apud Athenaeum XV. p. 695 d., sed quum multus ejus usus esset, in breviorem formam est contractum. (v. Enger. ad h. l.) Quod proverbium quum suadeat, ut simus cauti in agendo neve temere cui confidamus, (idem igitur quod brevius illud: *σκορπίον ἀνεγείρεις* Diogen. VIII, 8. significat) apte mulieres mira Mnesilochi impudentia stupefactae recordantur: sed item proverbii sententia ad omnes malevolos referenda arctius ad oratorum vulgus et sycophantas refertur, quorum morsus vel maxime mulieres debeat cavere et evitare. Bene huc facit Burgessii adnotatio, quam recentiores Thesmoph. editores Fritzschius et Engerus comprobarunt, v. *λιθῳ* intelligi hoc loco pnycis suggestum, etiam Ach. 653. Pac. 663. Eccl. 87. ita vocatum: ideoque mutatus est verborum ordo, ut verbo *λιθῳ* praecipuus qualem sententia postulat, vocis sonus accedit. Sunt verba

haec: *τὴν παροιμίαν δὲ ἐπεινῶ τὴν παλαιάν υπὸ λιθῷ γὰρ παντὶ πον χρῆ μη δάκῃ δήτωρ ἀθρεῖν.* — In eandem rationem immutatum est proverbium a Delphis magna inopia laborantibus ortum: *Ἄελφὸς ἀνὴρ στέφανον μὲν ἔχων δίψει δὲ ἀπολωλός* quod dici solebat, si qui specie opulentis ac locupletes revera inopes essent et rebus attritis egentes, ut bene illustrat Lucian. de merc. cond. 28. *τὸ μὲν γὰρ λιμῷ ξυρόντα καὶ τῇ Λίᾳ γε διψῶντα μάστιφρον χρίεσθαι καὶ στεφανοῦσθαι τὴν κεφαλὴν, ἥρεμα καὶ γελοῖον.* Hunc versum Aristophanes convertit in Cratinum in Eq. v. 534. *ώσπερ Κορνᾶς στέφανον μὲν ἔχων αὖν, δίψει δὲ ἀπολωλός.* Comparavit igitur Cratinum cum Conina, celeberrimo quondam citharoedo et Olympionice, sed tum tanta in egestate degente vitam, ut nil quo se ornaret, nisi laurus suppeteret, qua semper coronatus incedebat. (cf. Schol. ad Eq. v. 538 Df.) Deinde ut ostenderet, Cratini ingenium et divinum spiritum, quo poetas esse inflatos dicit Cicero, diu illum jam fractum esse et prorsus cecidisse: adjunxit v. *αὖν*, qua voce eximie augetur vis propria verborum: *δίψει δὲ ἀπολωλός*, quae quum in proverbio omnes ad vitam res maxime necessarias significant, Aristophanis loco ad Cratini ebrietatem referenda sunt, saepe ab Aristophane in ludi-brium versam (facetissime Pac. 703. Eq. 400. 535.) ab illoque minime denegatam. — Similis est mutatio in fragmento Anagyri: (Dindf. fr. 143. Bgk. XIV.) ubi proverbium: *όδοις παρούσης τὴν ἀτραπὸν ζητεῖς* (ἐπὶ τῶν προδηλῶν v. App. IV, 12. Suidam s. v.) ita immutatum est: *όδου παρόντος τὴν ἀτραπὸν κατεργάνηγε*: portus quum adsit, a semita deflexi. Auxit igitur aliqua ex parte sensum proverbii, de hominibus mira in facillimis rebus imprudentia versatis usurpati. Ceterum Bergius vidit, idem proverbium respici Nub. 75. *νῦν οὖν ὅλην τὴν γύντα φροντίζουν ὄδοι, μίαν εὐδον ἀτραπὸν δειμονίως ὑπεροφνᾶ*. Ex eodem genere est jocus qui in Vespis v. 1370 legitur. Nam quum Bdelycleo ex patre quaesivisset, quo tandem consilio senex vicinusque morti juveniles prae se ferret mores et tibicinam convivio subduxisset, Philocleo respondet: *ποίαν αὐλητρίδα; οὐ ταῦτα ληρεῖς ὡσπερ ἀπὸ τύμβον πεσόν;* Sane hoc loco senex, ut dicit Scholiasta, more juvenum ludit, hujusmodi conviciis senes consequantur, quippe qui animum induxerat, filium juveniliter lacessere et deridere (*ἴν’ αὐτὸν τωθάσω νεανικοῦς*) sed imprimis ejus verba referenda sunt ad ea quae v. 1365 leguntur: *ποθεῖν ἐρῆν τ’ ἔστις ὁραῖς σοοῦ*, studetque pater maledictum illud filio reddere parique par referre. Simul quae inest proverbio sententia *ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων*, (v. p. 21.) eam non modo retinuit, sed etiam quodammodo auxit jocose, ut Eupolis (fr. 341 Runkel.) *οἱ ταῦτα ληρεῖς ὡσπερ ἀπὸ χθονὸς*

πεσών; quae emendatio acuta et probabilis pro corrupto χθοὸς debetur Schneidewino (v. adnotationem ad Zenob. II, 57. cf. Meinek. Com. Gr. II, fabb. inc. 80.) Similis ex inopinato jocus inest in Ranis v. 191, quo loco Charon Xanthiam cymbam concendere parantem repellit, servum se vehere negans, nisi una decertaverit in proelio — de carnibus: δοῦλον οὐκ ἀγω, εἰ μὴ νεανιμάχητε τὴν περὶ τῷ νερῷ. Commonefacit hoc loco ut in ejusdem fabulae v. 33. v. 689 sq. celebris pugnae navalis ad Arginusas commissae, anno antequam Aristophanes Ranarum fabulam docuit, quae servos pugnae qui interfuerant, reddiderat dominos. Simul tecte significat proverbium: λαγῶς τὸν περὶ τῷ νερῷ τρέψων, de illis qui in summo vitae discrimine fortiter resistunt. Quae verba si ad Athenienses referas omnes, lepidissima comparatio inde subnascitur leporis populique Atheniensis de vita conservanda utriusque in summo periculo enixe periclitantis. Aliud huiusmodi est: ἐπὶ ἄκρων ὀνύχων, in eos qui avidius auscultant: quod Ach. 638 repetitur mutatum in: ἐπὶ ἄκρων τὸν πυγιδίων. Sic proverbium quod supra attulimus Σκυθῶν ἐρημίᾳ Av. 1484 facete respectu eorum quae proxime antecedunt, ita immutavit: ἔστι δὲ αὐτὸς πρὸς αὐτῷ τῷ σκότῳ πόδων τις ἐν τῇ λύκρῳ ἐρημίᾳ. Etiam dictionem quae in proverbii loco dici solet: πὺξ ὄμοῦ καὶ τῷ σκέλει risus captandi gratia mutavit in: πὺξ ὄμοῦ καὶ τῷ πέσει.¹⁾

Eodem denique referendi sunt nonnulli loci, ubi parva literarum mutatione praeter exspectationem luditur et proverbii sensus ad unumquemque locum magis accommodatur.²⁾ Hujusmodi est ratio in Lys. v. 110. ὅς ἦν ἀντί την συντίη πε-

¹⁾ Simillimus huic est Cratini lusus: τῷ Κορινθίῳ πέσει (ξένῳ) v. Meinek. Com. Gr. II, d. 181. Alia eiusdem sunt: εὖδοντι δὲ αἴρει πρωκτός, Ibid. p. 22, ubi mutavit proverbium: εὖδοντι κύρτος αἴρει, „de exoleto quodam, cui sua sponte et nullo suo cum labore plurimi amatores obtigerant,“ ut bene Meinekius interpretatus est. Deinde in Thratt. (ibid. p. 65.) in proverbio σωρπίου ἀνεγέρτει vocis σωρπίου substituit ὄπτάπουν, unde quod Meinekius bene vidit, plenior forma proverbii σωρπίου ὄπτάπουν ἀνεγέρτει (Diogen. VIII, 8) nata est. Denique Λέρνη κακῶν (ib. p. 201) invertit in Λέρνη θεατῶν, adeoque huius facetiarum generis fuit amantissimus, ut etiam interdum duo proverbia miscuerit (v. ib. p. 151).

²⁾ Vide quae de hoc genere facetiarum disputaverunt Cic. Orat. II, 63, 256. Aristot. Rhet. III, 11, 6. Suid. s. v. παράγραμμα.

ζονρία. Nempe quod lignum ficulneum valde infirmum et molle est, per translationem satis usitatam (sicut σφενδάμινος, ποίνινος propter ligni duritatem in Ach. v. 180. 181.) alias res debiles atque infirmas significat. ita ortae sunt dictiones, quae in proverbii loco dici solebant, cognatae συνίνη ναῦς i. e. parva navis, in proverbio ἐγένετο καὶ Μάνδωντι συνίνη ναῦς cf. Zen. III, 44. praeципue usitata; συνίνη βασιληία quo usus est Alciphron Ep. I, 39. συνίνη ἐπικουρία qua voce infirmum ac debile auxilium designabant. Apte igitur mulieres eo loco, de quo nunc agimus, adhibere poterant (cf. v. 159.) sed quo res ipsa magis significaretur, simul risus captandi gratia inverterunt in: συνίνη ἐπικουρία. Eadem fecit mutationem, alio quidem sensu, Strattis: Σαννούσιων συνίνην ἐπικουρίαν v. Meinek. Com. Graec. II, p. 785. Alius locus reperitur Ach. 850. ubi Aristophanes Anacreonticum illud convicium quod in omnium ore erat: ὁ περιφόρητος Ἀρτέμων invertit in: ὁ περιπόνητος Ἀρτέμων, videlicet ut vim contumeliae qua Cratinum lyricum insequebatur, fortiorē redderet. De proverbio ipso v. Schneidewinum ad Paroem. I. App. IV, 32. Hoc loco de Anacreontico illo juvēne, non de clando bellicarum machinarum artifice cogitandum, is qui proxime antecedit versus satis docet: Κοστήρος δεὶ κεναρμένος μοιχὸν μᾶς μαχαιρᾷ. —

Transimus ad proverbia quae Aristophanes non risus captandi gratia de improviso immutavit, sed alia quadam ratione ductus, sive metro exigente, quum plena versibus difficulter interponerentur, sive quod licet non integra forma usurpasset, ad intellectum suffectura videbantur, ut cetera audientibus intelligenda relinquere posset. Sic proverbium: ἀπ' ἀξίου γοῦν ξύλου καὶ ἀπάγξασθαι ea qua adhibitum est forma, etsi non integra servata est, facile tamen intelligitur in Ranis v. 736. καὶ τι σφαλῆτ', ἐξ ἀξίου γοῦν τοῦ ξύλου, ἦν τι καὶ πάσχητε, πάσχειν τοῖς σοφοῖς δοκήσετε. Similiter Sophocleum illud (v. fr. 31 Df.) σοφοὶ τύραννοι τῶν σοφῶν ξυνονοῖσι in Thesm v. 21 a Mnesilocho affertur ita immutatum: οἶόν γε τούσιν αἱ σοφαὶ ξυνονοῖσι quibus verbis Mnesilochus post miras ineptias modo ab Euripide allatas satis ridicule utitur, ut multum se ex Euripidis usu et amicitia profecisse indicet. Haud secus tetigit proverbium: πάντα κάλων σεῖς a re nautica desumptum de illis, qui summis viribus laborant, in Eq. v. 766. νῦν δή σε πάντα δεῖ κάλων ἔξιένται σεαυτοῖς, etsi concedendum est, etiam dictionem πάντα κάλων ἔξιένται eodem sensu quo proverbium illud tritam sermone et usitatam fuisse. v. Kock. ad h. l. In eandem fere rationem quasi praeteriens respexit Aristophanes

proverbium, quod plenum reperitur apud schol. ad Eq. v. 1031. *σαίνεις δάκνοντα καὶ οὐνων λαίθαργος εῖ*. Comparaverat enim Cleo in ficto oraculo suo se cum cane fidelissime domino serviente (v. Eq. v. 1017 sq.) quod fides est virtus in canibus maxime conspicua et singularis. Quem ut evidenter refutaret atque irridet, Agoracritus proverbium illud ex perfidorum canum indole profectum versibus admisit: quo breviter commemorato Cleonem etiam tanquam voracissimum canem perstrinxit, quippe in intervertendis mala fraude pecuniis summo studio versatum: Sunt versus hi: Eq. v. 1030. *Φράξεν, Ἐρεχθείδη, οὐνα Κέρβερον ἀνδραποδιστήν, ὃς κέρδω σαιτων σ' ὄπόταν δειπνῆς, ἐπιτηρῶν, ἐξέδεται σον τοῦψον κ. τ. λ.* Similiter adhibuit proverbium ἐπὶ τοῦ ἀδυνάτου: *λύνος καὶ οὖν ποιμάνει* (v. Diogen V, 96.) sed auxit nonnihil sententiae vim, quum ita mutavit: in Pace v. 1076 *ποὺν μὲν λύνος οὖν νύμενατοι* quem versum ab Hierocle allatum Trygaeus illius deridendi gratia repetit in Pac. v. 1112. Denique versum e Callistrati scolio sumtum: *Ἐν μόρτον κλαδὶ τὸ ξίφος κρατήσω* (v. Schneidewini Delect. p. 456. Paroem. I, p. 406.) senes ordine inverso usurpat in Lysistr. v. 632: *καὶ φορήσω τὸ ξίφος τὸ λοιπὸν ἐν μόρτον κλαδὶ*. omnibus modis a mulierum insidiis cavendum affirmantes. —

II. Sequuntur proverbia quae Aristophanes sententiae parum habita ratione sive integra sive paullum immutata interposuit. Ac saepius a poeta afferuntur adagia ita comparata, vix ut ad suum locum accomodari ullo modo possint. Quae res si primo aspectu mira cui videtur adeoque inepta vix ut ferri queat: tamen recta et digna quae laudetur apparebit ei, qui diligentius hanc rem tractaverit. Quoniam enim proverbia communi totius populi usu erant celebrata, non modo propter sententiae vim atque auctoritatem usurpabantur, sed etiam quod forma ipsa suaviter audiebatur: unde factum est, ut saepius quoque versus ad proverbiorum formam ac concentum conformati reperiantur. Ac primum proverbia non-nullo profero, idcirco a poeta suae orationi interjecta, quod jocus inde in verbis oriebatur. Hujusmodi est ratio in Lys: v. 68. ubi quum Lysistrate nuntiavit, mulieres aliquot ex Anagyro demo advenisse, Calonice exclamat: *νὴ τὸν Αἴ· ο γοῦν ἀνάγνωσ μοι πεινῆσθαι δοκεῖ*. Proverbium: *Ἀνάγνων πινεῖς a flore quoddam qui tritus olebat rectissime ductum de illis dicebatur, qui mala sibi ultro arcesserent; quare hoc loco poetam in verbis lusisse manifestum est. Eodem referenda sunt quae in Av. v. 301 leguntur: quo loco postquam inter aves acce-*

dentes a Pisthetaero etiam noctua vocata est, Euelpides dicit: *Tί φήσ; τίς γλαῦκ' Ἀθήνας γῆγε;* Quae verba quum parum ad scenam quae procul ab Athenis est, accommodentur (v. Schol. ad Av. v. 301. οὐ προσποιεῖται, ὅτι οὐκ ἐν Ἀθήναις τὰ πράγματα.) appetet Aristophanem proverbium spectantium causa injecisse, ut improvisa rei notissimae mentione risus moveret: quae res poetae procul dubio ad voluntatem processit, quod ipsum proverbium ad Athenienses maxime attinebat.

His locis comparari et subjungi alii possunt, ubi teete magis et strictim singulis verbis proverbia significata sunt. Ita Aristophanes proverbium οὐδὲν ἀρδῶν λευκῶν ὄφελος ἡ σωτορομεῖν quod dicebatur de hominibus effeminatis parumque strenuis¹⁾ respexit in Pace v. 1308 οὐδὲν γὰρ, ὃ πονηροί, λευκῶν ὀδόντων ἔχοντος ἐστ', ἢν μή τι καὶ μάσωνται. Haec sunt verba Trygaci, hospites cohortantis ut cupide cibos appositos appetant nec albis parcant dentibus in mandendo. Eadem fere est ratio duorum aliorum Aristophanis locorum in Vespis v. 959 ξύγγνωθι. κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. quo loco Bdelycleo patri persuadere studet, ut cani ignoscat si caseum furatus sit: non enim canere illum esse doctum, sed rudi et inculto ingenio impulsum esse ad furtum. et Vesp. v. 989 ubi eadem verba leviter immutata a Philocleone filii irridendi gratia proferuntur: οὐ δῆτα. κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. Respexit igitur his in locis proverbium: βαδίζω· τεῖν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. quod illustravit Erasmus Adag. p. 397. Idem proverbium in Avibus v. 1432 sycophanta significat excusans munus quod suscepit sycophantae: τί γὰρ πάθω; σκάπτειν γὰρ οὐκ ἐπίσταμαι. Similiter adagium, cuius supra jam mentio facta est: πάλαι ποτ' ἡσαν ἄλκιμοι Μικήσιοι senes proferunt in Vespis v. 1060. ὃ πάλαι ποτ' ὄντες ὑμεῖς ἄλκιμοι μὲν χοροῖς, ἄλκιμοι δέν μάχεις, καὶ καὶ αὐτὸς τοῦτο μόνον ἀνδρες ἄλκιμώτατοι eaque significatio per occasionem jacta quo facilius ab audientibus perspiceretur, v. ἄλκιμοι saepius repetita ejusque vis aucta est. Fortasse etiam dictionem σῆνα αἰτεῖς in adulantes usurpatam, quod Athenienses agricolis adulabantur, ut praecoces ficus ab illis acciperent, significare voluit in Vesp. v. 303. οὐ δὲ σῆνα αἰτεῖς. Quid plura? in his similibusque locis Aristophanes proverbia leviter attigit, non ut sententiae vim augeret et quae ipse sentiret, brevius et significantius enuntiaret, sed ut teretes audientium aures eorum

¹⁾ v. Append. IV, 35. ἐπὶ τῶν μηδὲν λυστελούμντων quem locum Küsterus attulit ad Suidam: οὐδὲν λευκῶν ἀνδρῶν ὄφελος. „Huc egregie facit locus apud Arist. Eccl. 385. ubi Chremes cum concionem in foro albis hominibus plenam vidisset, eam concioni σωτοτόμου assimilat.“

memoria oblectarentur. Eadem ductus ratione Aristophanes saepe celeberrimos poetarum versus aut integros aut singulis verbis significatos suis interposuit versibus: de quo parodiae genere imprimis doctam Täuberi disputationem de usu parodiae ap. Aristoph. p. 6. sq. Unde perspicuum fit, quare Aristophanes etiam nonnunquam versus ad similitudinem et concentum proverbiorum conformatos intulerit, ita ut quum funderet istos versus, proverbia animo ejus obversata fuisse manifestum sit. Hujusmodi est ratio versus qui reperitur in Ranis 485. δέσσασα γὰρ (ἢ καρδία) εἰς τὴν κάτω μονούσιαν καθεῖσται. cum quo comparari licet proverbium (Par. I. Append. II, 32.) εἰς τὴν πυγῆν ἔξερχόντεν ἡ σοφία. eodem referendus est ejusdem fabulae v. 859. σὺ δὲ εὐθὺς ὥσπερ πάλιος ἐμπορηθεὶς βοῶς. quibus verbis Bacchus Aeschylum compellat vehementer stomachantem propter Euripiðis crimina, quo cum versu confer proverbium, quod legitur apud Diogen. VI, 52. Μετέζοντα βοῶς δάμφηντος χλωρᾶς καιουμένης ἐπὶ τὸν μεγάλην βοῶντα.

His alia quaedam adjungimus a poeta risus captandi gratia ex inopinato significata. Trygaeus in Pac. v. 362. quum parat, lapides removere, a Bello voragini, in qua Pax dea inclusa est, impositos: Mercurius subveniens increpat illius temeritatem: ὦ μισθὸς καὶ τολμηρέ, τί ποιεῖν διαρκεῖς; cui Trygaeus respondet: οὐδὲν πονηρὸν ἀλλ’ ὅπερ καὶ Κιλλικῶν. Iste Cillico, vero nomine Achaeus, infamis erat improbitate patriamque Miletum Prienensibus prodiderat. Quaerentibus autem ex eo, quid ageret? respondit: Omnia bona. Hinc proverbium ortum est, de iis dictum, qui mala fraude divitias captabant, quemadmodum Cillico proditione divitias sibi comparaverat. Sin autem quaeritur, quid Trygao cum isto homine fuerit commune, nil habeo quod dicam, nisi forte quod sicut Cillico civibus suis insciis et inopinantibus ita Trygaeus Diis insciis atque invitis ad propositum pervenire aggressus sit. Sed ne hac quidem ratione serio poterat Trygao a miseriis bellicique calamitate cives liberaturo in mentem venire hominis istius nequissimi et proditoris patriae. Recte igitur Schol. in Codd. Rav. Ven: εἰπὼν δὲ οὐδὲν πονηρόν, παρὰ προσδοκίαν ἐπίγαγε τὸ ἀλλ’ ὅπερ καὶ Κιλλικῶν, ὡς εἰ εἰπεν, οὐδὲν κακὸν ποιῶ ἀλλ’ ἵεροσυλῶ. — Eodem referenda sunt Trygaii verba in scarabaeo sedentis jamque ad coelum profecturi: ἦν δὲ γὰρ εὐ πλάσσεις ἐλθω πάλιν, ξέστ’ ἐν ὕδρᾳ κολλύσαν μεγάλην καὶ κόνδυλον ὄψον ἐπ’ αὐτῇ. Lepidissime et praeter expectationem placentae qua reversus ab itinere filias donaturus est, — colaphum apponit: quo joco proverbium a Polyphemo ortum tecte significat, qui vinum postulans ab Ulike oculo privatus est: ἀν δοίοντος αἰτήῃ, κόνδυλον αὐτῷ δίδου: si quis

bona petiverit mala accepit usurpatum. Restat tertius hujusmodi jocus in Ves. v. 436. quo loco Bdelycleo quum Philocleonis socios tanquam vesparum examen videt invehentes, celerrime servos jubet auxilio succurrere, qui secum Philocleonem retineant dicens: *ώς ἐγώ πολλῶν ἀκούσας οἶδα θρίων τὸν ψόφον.* Respexit igitur proverbium: *πολλῶν ἐγώ θρίων ἀκήκοα ψόφους.* a θρίοι pervulgari Atheniensium cibo fculneis foliis convoluto petitum, qui in igne versatus et adtostus acute percrepitabat ideoque apte in homines vanas minas jactantes dicebatur. (*Ἐπὶ τῶν δι' ἀπειλῆς θόρυβον καὶ κόμπον ἐμποιούντων διασκενῆς.* v. Diogen. VII, 92.) Quod proverbium quum Bdelycleo adhibeat, etsi serio nec per jocum servos arcessit, manifesto iterum risus captandi gratia ex inopinato interpositum est. Bene hoc Berglerus animadvertisit, una in re quidem minus consideratus, quod v. *θρίοι* sycophantas significatos judicavit: certo nimis acute et exigua cum veri specie.

III. Restat ut de illis locis breviter dicatur, ubi poeta ad fontes ipsos proverbiorum accessit. Quorum alios illē pluribus verbis amplexus dataque opera persecutus est, alios in transitu et strictim attigit. Quoniam vero praecipue ea verba, animum advertit, quae ex rebus pervulgatis originem duxerunt, quippe ex populorum ingenis ac moribus sive bestiarum proprietatibus desumpta maxime conspicuis: apparet Aristophanem eundem inde fructum quaesivisse, quem vulgo in sermone familiari homines notissimarum rerum mentione assequuntur, ut aut ipsorum sententias probent et confirmant aut alienas refutent redarguantque.

Sic Chremylus divitias permagni ostensurus ab hominibus et aestimari et aestimandas esse, illud commemorat, peregrinos vulgo si qui divites Corinthum appellarent, comiter ac benigne accipi solere a meretricibus, contra male excipi et prorsus repudiari qui essent inopes.

Plut. v. 149 sq. *καὶ τὰς γ' ἑταῖρας φασὶ τὰς Κορινθίας,
ὅταν μὲν αὐτάς τις πένης πειρῶν τύχῃ,
οὐδὲ προσέχειν τὸν νοῦν, ἐὰν δὲ πλούσιος,
τὸν πρωτιὸν αὐτὰς εὐθὺς ὡς τοῦτον τρέπειν.*

Nempe quum multae Corinthe essent meretrices multaeque in urbe deliciae, solis divitibus licebat eo navigare, unde proverbium ortum est: *οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθον ἔσθ' ὁ πλοῦς* imprimis de illis dictum, qui inopes luxuriose vivere,

gestiebant. (v. Zen. V, 37 ἐπὶ τῶν τρυφῶν βούλομένων (ἀπόρων). Alia proverbii explicatio magis placuit Erasm. Adag. p. 132.)

Hand secus Chremylus, civis Atheniensis, verens ut bene evadat Atheniensibus ridiculum imperium a mulieribus nuper institutum, in Eccl. 473. temeritatis inconsultae Atheniensium et incredibilis felicitatis recordatur, qua qualiacunque suscepissent admodum inconsiderate et perverse, deorum semper numine atque auxilio in melius verterentur.

*λόγος γέ τοι τις ἔστι τῶν γεραστέοντων,
οὸς ἀν ἀνόητ' η μῶρα βούλευσάμεθα,
ἄπαντ' ἐπὶ τὸ βέλτιον ἡμῖν ἔνυμφέοιν*

et in Nub. v. 587 sq. nubes ipsae eidem causae tribuunt, quod Atheniensibus quum Cleoni summas curas expeditionis ad Pylum imprudenter delegassent, ipsarum dissuasionibus prorsus neglectis, tanta temeritas bene ac fauste evenerit.

*φασὶ γὰρ δυοβουλίαν
τῆδε τῇ πόλει προσεῖναι, ταῦτα μέντοι τοὺς θεοὺς
ἄττ' ἀν ὑμεῖς ἐξαμάρτητ', ἐπὶ τὸ βέλτιον τρέπειν.*

Similiter quod Trygaeus in scarabaei dorso ad coelum evehens fabulam illam celeberrimam affert, quae scarabaeum solam bestiarum omnium in coelum pervenisse narrat, id egit potissimum, ut filiam refellat et quodammodo consoletur, tam vilem ac foetidam bestiam ad coelestium sedes pervenire posse negantem.

in Pac. v. 129 sq. *ἐν τοῖσιν Αἰσώπου λόγοις ἐξενρέθη
μόνος πετεινῶν εἰς θεοὺς ἀφιγμένος κ. τ. λ.*

et Pisthetaerus Av. 1353 sq. nefarium quendam adolescentem refutat qui Nubiculiam venit eo proposito, ut patre strangulato quem diutius alere pertaederet, omnibusque bonis arreptis, secure et in deliciis inter aves habitaret: quod apud aves certo sibi licitum foret, ubi pullis parentes mordere aliquae pulsare liceret impunitis. Pisthetaerus igitur a tam scelesto facinore ut repelleret adolescentem veteris moris ex ciconiarum pietate deducti commonefecit, quo aves vetulae et infirmiores ad cibaria acquirenda a liberis deberent sustentari.

Av. v. 1353 sq. *ἄλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν ὄρνισιν νόμος
παλαιὸς ἐν ταῖς τῶν πελαγῶν κύρβεσιν.*

ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ πελαργὸς ἐκπειθούμονς
πάντας ποιήσῃ τοὺς πελαργιδεῖς τρέφων.
δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Denique Chremylus Paupertati quaerenti, unde tandem si omnes essent divites nec quisquam necessitate coactus ad domestica ac publica negotia administra stranda mancipia arcessurus sibi videretur: facile vero procedet, respondit: scilicet ē Thessalis ubi multi sunt, perfidus quidam negotiator lubentissime mihi procura-bit: recordans Thessalorum nequitiam vilissimos quaestus avide sectantium. unde proverbium: Θεσσαλῶν σόφισμα (Zenob. IV, 29.) in homines fraudulentos (ἐπὶ τῶν σοφιζομένων) usurpatum.

in Plut. v. 520 sq. *κερδαίνειν βουλόμενός τις ἔμπορος*
ἥκων ἐκ Θετταλίας παρὰ πλείστων ἀνδραποδιστῶν.

Ad haec proverbia alia apponuntur, ubi leviter et quasi praeteriens proverbiorum fontes attigit.

De hominibus considerate agentibus (ἐπὶ τῶν προνοητικῶν) proverbium dicebatur: γέρανοι λίθους φέρουσιν. Nam grues trans mare Aegyptum migrantes lapides degluttire vel potius rostro ferre dicebantur aut saburrae loco aut ut de alto lapidibus dejectis ex crepitu resonante praesentirent utrum supra aquam iter facerent an terra infra esset. Hanc fabulam attigit Aristophanes in Av. v. 1136. ἐκ μέν γε Αιβάνης ἥκων ὡς τρισμύριαι γέρανοι θεμελίους καταπεποννίαι λίθους, non ad sententiam spectans, sed ut verisimilior inde fieret narratio de mira Nubiculiae aedificatione. Eandem rem respexit Mercurius in Pac. v. 623, ubi explicat, quam ob rem tam vehementer Lacedaemonii paci facienda restiterint.

Oraculum olim Lacedaemoniis datum, nunquam Spartam interituram nisi auro victam (ἀ φιλοχρηματίᾳ Σπάρταν ἔλοι, ἄλλο δὲ οὐδέν cf. Zen. II, 24.) per totam Graeciam percrebuerat ut proverbii loco in omnes usurparetur, qui ex inusta causa lucrum requirerent. (v. Zenob. I. c. ἐπὶ τῶν ἐξ ἀπάντων κερδαίνειν προσαιρουμένων). Hanc rem respexit Mercurius in Pac. v. 623, ubi explicat, quam ob rem tam vehementer Lacedaemonii paci facienda restiterint.

οἱ δὲ αἱ ὄντες αἰσχροκέρδεις καὶ διειρωτόξενοι κ. τ. λ.

Tristes et asperi homines in Trophoni antro vaticinati esse dicebantur. (ἐσ Τροφωνίου μεμάντενται. Zenob. III, 61.) Nam qui hinc oracula sciscitati erant, sive oraculis ipsis sive horrida antri caligine multisque periculis in aditu perpe-

tiendis ita perturbati erant animoque perculti, ut nunquam postea risisse dicerentur. Propterea Strepsiades in Socratis speculatorum descensurus cum iis se comparat, qui Trophonii antrum adibant: placenta autem postulat, quemadmodum illi quoque placentas gestabant, quas serpentibus occurrentibus objicerent.

In eandem fere rationem Vesp. v. 1019. Euryclis vaticinium affertur, qui vates fuit ἐγγειορίανθος. daemonem in ventre se habere contendebat, cuius inflatu futura praediceret. Qui quum imprudentius homini cuidam iracundo mala vaticinatus esset, imperfectus est: unde factus proverbio locus: si quis in ipsius damnum vaticinaretur. Quae quidem sententia Aristophanis loco non adhibenda est: nil aliud enim poeta indicare vult nisi per alias primas fabulas suas se docuisse.

Hinc verisimile fit, Aristophani etiam in quibusdam scenis fingendis proverbia obversata esse. Cujus rei manifestum exemplum dat scena illa celeberrima in Ranis, ubi Atheniensis quidam effertur, qui ni duabus drachmis acceptis sarcinas Bacchi se portaturum ad inferos negat. De industria autem, unde mortui avaritia magis eluceret, poeta deminutivum τὰ σκευάσμα posuit, quod Fritzschius acute animadvertisit. Qua in re poeta Atheniensium avaritiam respexit, quae proverbio: Αἰτιώς ὑπέχει τὴν χεῖρα ἀποθηῆσον ansam dedit. Similiter ibidem Bacchum Herculis vestitu induitum inducens proverbium respexit: ἐνδύετε μοι λεονῆν (Zen. III, 75.) si quis ad magna suscepta se accingeret, usurpatum, quod vidit Erasmus Adag. p. 120: „Huc alludens Ar. in Ranis Bacchum fingit Herculis instar leonis exuvia clavaque instructum, ad inferos descendere parantem.“

